

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad proximè redigenda.*

1<sup>o</sup> Dei et Ecclesia minister in versibus 1, 2, 5, 6 notet veri apostoli, episcopi, pastoris virtutes, quas imitetur. Notet et pseudopostoli, falsi pastoris, mercenarii vitia, quae exerceat et fugiat.

Utriusque imaginem habes in commentario v. 2. Vide præterea v. 5, 6, 7.

2<sup>o</sup> In versibus 8, 9, 10, 11, discamus omnes christianum, apostolicum, et divinum patendi modum.

#### CAPUT V.

1. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quòd ædificacionem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in caelis.

2. Nam et in hoc ingemiscimus, habitacionem nostram, quæ de caelo est, superindui cupientes;

3. Si tamen vestiti, non nudi inveniamur.

4. Nam qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est à vitâ.

5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritûs.

6. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino

7. (Per fidem enim ambulamus, et non per speciem);

8. Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, et presentes esse ad Dominum.

9. Et idèò contendimus, sive absentes, sive presentes, placere illi.

10. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

11. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse.

12. Non iterùm commendamus nos vobis, sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis; ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, et non in corde.

13. Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis.

14. Caritas enim Christi urget nos; æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sumus.

15. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

16. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus.

Vide Observationem moralem in fine, v. 11.

5<sup>o</sup> Notemus quòd hanc christianam patientiam, apostolicamque fortitudinem dei fides viva, quæ rerum omnium temporalium instantaneam vanitatem patefaciat; solidam et constantem æternorum veritatem demonstret. Vide v. 16, 17, 18.

Hæc ergo fides continèe petenda. Vide observationem moralem in fine v. 18.

#### CHAPITRE V.

1. Car nous savons que si cette maison de terre où nous habitons vient à se dissoudre, Dieu nous donnera dans le ciel une autre maison; une maison qui ne sera point faite par la main des hommes, et qui durera éternellement.

2. C'est ce qui nous fait gémir dans le désir que nous avons d'être revêtus de cette maison céleste.

3. Si toutefois nous sommes trouvés vêtus, et non pas nus.

4. Car pendant que nous sommes dans ce corps comme dans une tente, nous gémissons sous sa pesanteur; parce que nous ne voulons pas être dépouillés, mais être revêtus par dessus; en sorte que ce qu'il y a de mortel en nous soit absorbé par la vie.

5. Or c'est Dieu même qui nous a formés pour cet état, et qui nous a donné pour gage son Esprit.

6. Nous sommes donc toujours pleins de confiance; et, comme nous savons que pendant que nous habitons dans ce corps, nous sommes éloignés du Seigneur et hors de notre patrie,

7. Car ce n'est que par la foi que nous marchons vers lui sans en jouir encore par une claire vue;

8. Dans cette confiance que nous avons, nous aimons mieux sortir de ce corps, pour aller habiter avec le Seigneur.

9. C'est pourquoi toute notre ambition est de lui être agréables, soit que nous soyons éloignés de lui, soit que nous soyons en sa présence.

10. Car nous devons tous comparaitre devant le tribunal de Jésus-Christ, afin que chacun reçoive ce qui est dû aux bonnes ou aux mauvaises actions qu'il aura faites pendant qu'il était revêtu de son corps.

11. Connaissant donc la crainte du Seigneur, nous tâchons de convaincre les hommes de notre innocence: Dieu connaît qui nous sommes; et je veux croire que nous sommes aussi connus de vous dans le secret de votre conscience.

12. Nous ne prétendons point nous relever encore ici nous-mêmes à votre égard; et nous voulons seulement vous donner occasion de vous glorifier à notre sujet, afin que vous puissiez répondre à ceux qui mettent leur gloire dans ce qui paraît, et non dans ce qui est dans le fond du cœur.

13. Car, soit que nous soyons emportés comme hors de nous-mêmes, c'est pour Dieu: soit que nous nous tempérions, c'est pour vous.

14. Parce que l'amour de Jésus-Christ nous presse; considérant que si un seul est mort pour tous, donc tous sont morts.

15. Et que Jésus-Christ est mort pour tous, afin que ceux qui vivent ne vivent plus pour eux-mêmes, mais pour celui qui est mort et qui est ressuscité pour eux.

16. C'est pourquoi nous ne connaissons plus personne selon la chair; et si nous avons connu Jésus-Christ selon la chair, nous ne le connaissons plus maintenant de cette sorte.

17. Si qua ergo in Christo, nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova;

18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis.

19. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum; et posuit in nobis verbum reconciliationis.

20. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

#### ANALYSIS.

*Primis versibus pergit rationem reddere eorum, quæ in fine cap. 4, v. 16, dixit, scilicet cur ipse Paulus, et ejus collega non deficiant in tribulationibus; imò ubi eorum corpus pressuris corrumpitur, spiritus fit de die in diem vegetior.*

§ 1. Quia scimus per fidem, quòd si corpus, terrena domus animæ, destruitur, in resurrectione corpus habebimus spirituale, immortale, gloriosum.

§ 2, 3, 4. Ad hanc gloriam anhelamus, non quidem exui corpore cupientes; sed immortalitatem superæstrui; mortem enim naturaliter formidamus.

§ 5. At considerantes et quòd Deus ad hanc nos gloriam creavit, et in ejus pignus, Spiritum sanctum nobis dedit; confidimus et optamus à corpore separari, et Domino præsentem esse, ipsaque frui, v. 6, 7, 8.

§ 9. Et tanto bono fruamur, omni studio satagimus Deo placere: et tremendum ejus recogitantes judicium, sincerè coram eo ambulamus, nostramque sinceritatem hominibus suadere studemus; ne cuiquam sinus offendiculo, v. 10, 11.

§ 12. Hic à se removet omnem vanæ gloriæ suspensionem, et semetipsum justificat contra pseudo-apostolorum calumnias, explicans quo animo se laudet, et sese

#### PARAPHRASIS.

1. Novimus enim per fidem, quòd si corpus hoc terrenum, quòd est animæ domicilium, adinstar tabernaculi, destruitur pro Christo, habebimus in resurrectione domicilium, seu corpus spirituale, æternum, celeste, non humanitatis sed divinitus factum.

2, 5. Nam in hoc luteo corpore gemimus, desiderantes incorruptibilitatem et dotes gloriosas celestis corporis, tanquam indumentum superindui: quòd quidem nobis continget, si nos corpore vestitos, et non nudos deprehendat dies Domini.

4. Quamdiù, inquam, in hoc luteo tabernaculo moramur, gemimus illius onere pressi, et ad incorruptibilitatem anhelamus; non quòd velimus per mortem hoc exui corpore: sed vellemus, per immutationem superindui immortalitatem, ut per apprehensionem æternæ vitæ absorbeatur hujus corporis mortalitas.

5. Deus autem ipse est, qui nos ad hoc celeste domicilium format et aptat; qui nobis illud promisit,

17. Si donc quelqu'un est en Jésus-Christ, il est devenu une nouvelle créature. Ce qui était vieux est passé; tout est devenu nouveau.

18. Et le tout vient de Dieu, qui nous a reconciliés avec lui-même par Jésus-Christ, et qui nous a confiés le ministère de cette réconciliation.

19. Car Dieu a reconcilié le monde avec soi en Jésus-Christ, et c'est Dieu même qui vous exhorte par notre bouche. Ainsi nous vous conjurons, au nom de Jésus-Christ, de vous reconcilier avec Dieu.

20. Nous faisons donc la charge d'ambassadeurs de Jésus-Christ; et c'est Dieu même qui vous exhorte par notre bouche. Ainsi nous vous conjurons, au nom de Jésus-Christ, de vous reconcilier avec Dieu.

21. Qui, pour l'amour de nous, a traité celui qui ne connaissait point le péché comme s'il eût été le péché même, afin qu'en lui nous devinssions justes de la justice.

*humiliet; neutrum suæ causæ, utrumque propter Dei gloriam, et proximam salutem, v. 15.*

§ 14. Ad sic agendum movet et urget Christi caritas et exemplum: pro omnibus mortuus est, ut nobis ipsis mortui, ipsi vitam, non nobis, v. 15.

§ 16. Hinc nos apostoli, nobis mortui, Christo soli viventes, neminem, nec nos, nec alios, nec ipsum Christum, secundum carnales et humanos affectus intuemur, aut diligimus; sed secundum charitatis Christi spiritum, Dei gloriam, et proximorum salutem in omnibus nostris factis et verbis querimus.

§ 17. Taliter agit quilibet Christianus, nova in Christo creatura factus, in novitate vitæ ambulat.

§ 18. Bajus novitatis principium ostendit Deum, qui nos per Christum sibi reconciliavit; et nos apostolos, hujus reconciliationis hominibus conferendæ, multos fecit et cooperarios, v. 19.

§ 20. Itaque sumus, Christi loco, Dei ad homines legati; et per nos Christus, et Deus ipse vos hortatur. Cum Deo redite in gratiam. Memores hujus in vos misericordiæ; ipsam justitiam, fecit peccatum; ut vos peccatores, et peccatum ipsum, essetis justitia Dei.

6. Hæc igitur fide et spe freti, non semper animo sumus; cùm sciamus quòd quamdiù in hoc corpore moramur, absumus à Domino.

7. (Nunc enim in viâ sumus, in fide versamur; nondum propriam Dei pulchritudinem intuemur.)

8. Audemus, inquam, et bono ducimus potiùs abesse à corpore, et adesse Domino, ipsunque intueri.

9. Et idèò omni studio emittimur, ut sive nunc, sive tunc, Domino placeamus, sincerè illius voluntatem exsequentes.

10. Si quidem nos omnes, nullo excepto, oportet coram Christo, omnium iudice supremo, stare, examinari, ac manifestari; ut unusquisque referat quòd ipsi debuit esse, præmium vel penam, convenienter vitæ: bene vel male, quam duxit, quamdiù fuit in corpore.

11. Illud itaque tremendum judicium præ oculis



habentes, sincerè coram Deo agimus, et hanc nostram sinceritatem hominibus suadere studemus, ne cuiquam simus offendiculi.

Quod ad Deum spectat, ipsi patet nostra sinceritas; confido quòd et vobis in conscientia pateat, quiddam in contrarium vobis dicant malevoli.

12. Hæc vobis non dicimus, ut nos reddamus vobis commendatiores; sed ut vobis ansam præbeamus de nobis gloriantur: et habeatis in promptu unde nos tueamini adversus eos, qui de rebus apparentibus extolluntur, sed non in cordis puritate.

13. Sciote ergo quòd nihil nostri causâ facimus, aut loquimur: si enim magna de nobis loquentes, videmur insanire, Deo insanimus, cujus gloriam querimus: si verò humilia de nobis loquentes, sani et sapientes sumus, vobis sapimus, quibus exempla modestiæ damus.

14. Ad sic agendum nos movet et urget Christi charitas, qui nihil sui causâ fecit: dum enim perpendimus, quia ipse unus pro nobis omnibus mortuus est in cruce, nihil de vitâ, nihil de famâ suâ curans propter nos; hinc inferimus quòd omnes, et ideò nos ipsi sumus mortui, seu æternæ morti obnoxii.

15. Et dum perpendimus quòd ideò pro omnibus mortuus est Christus; ut ii, qui vivunt naturali vitâ, jam non propter seipsos vivant, sed propter eum, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit, hinc inferimus quòd non nobis, sed Christo Redemptori nostro vivere debemus.

16. Itaque nos apostoli, nobis ipsis mortui, Christo viventes, neminem secundùm carnales nostris cordis

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — SCIMUS ENIM... Hæc particula, *enim*, indicat quòd hæc cum præcedentibus in fine cap. 4 coherent. Dat ergo rationem, cur ad visibilia et temporaria non spectent, et cur non deficient in momentaneis tribulationibus; imò cur mens renovetur, ubi caro corrumpitur. Pergit itaque inculcare vitæ futuræ gloriam, et quantum ad corpus, et quantum ad animam.

1° Quantum ad corpus, post resurrectionem, de qua supra, v. 14, etc.

SCIMUS ENIM per fidem, sumusque persuasi, QUONIAM, id est, quòd si TERRESTRIS DOMUS NOSTRA, id est, caro, corpus nostrum, quod ex terrâ et in terrâ est; quodque quasi animæ nostræ domicilium;

HUJUS HABITATIONIS, id est, in quo nunc habitat. GRÆC., *domus tabernaculi*, id est, in quâ domo habitat, quasi in tabernaculo, seu tentorio, ad parvum scilicet tempus, sicut milites in tentoriis.

DISSOLVATUR, id est, destruat pro Christo;

VERS. 4. — SCIMUS ENIM, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur; id est, scimus, si corpus mortale, in quo, brevi tempore quasi in tabernaculo, tanquam peregrini et viatores moramur, dissolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis, habituri si sumus ædificium in cælis, à Deo nobis preparatum, domicilium, inquam, non manufactum, id est, fa-

ffectus intuemur aut diligimus, sed secundùm charitatis Christi spiritum.

Imò si Christum ipsum aliquando propter humanas quasdam rationes cognovimus et dileximus, puriori nunc affectu, spiritali et divino eum reverentur; et adoramus, illique servimus.

17. Si quis igitur nobiscum est in Christo regeneratus, hic sciat se novam creaturam: illi vetera transierunt; nova debent esse omnia. In novitate vitæ amulet.

18. Omnis autem hæc novitas à Deo est, omnium honorum auctore; qui nos, per peccatum inimicos suos, in amicitiam recepit per Christi merita, et nos fecit hujus reconciliationis hominibus conferenda ministros.

19. Etenim Deus mundum sibi reconciliavit per Christum, gratis remittens illis eorum delicta, inultu meritorum Christi, et hanc reconciliationis gratiam nos omnibus prædicare voluit.

20. Nos igitur apostoli, loco Christi, sumus Dei ad homines legati; et perinde est ac si Deus ipse vos per nos rogaret.

Vos et omnes homines obsecramus, vicè Christi, Mediatoris Dei et hominum, reconciliamini Deo, memores infinite ejus in vos misericordiæ.

21. Filium suum, justitiam ipsam, à peccato sic alienum, ut illud ne nossent quidem, fecit in cruce peccatum, et peccatorum nostrorum hostiam, ut nos peccatores, efficeretur, per hujus hostiæ meritum, justitia Dei; seu justî coram Deo, et divinæ participes justitiæ.

## COMMENTARIA.

HABEMUS, id est, habebimus citò in resurrectione; agitur enim de resurrectione, ut patet ex v. 14 cap. 4, et ideò sequentia sunt intelligenda de corpore glorioso, non simpliciter de gloriâ animæ.

ÆDIFICATIONEM, id est, ædificiùm à Deo factum, seu corpus spirituale, de quo primæ Cor. 15, v. 42, 43, etc.

NON MANUFACTUM. Perstat in metaphorâ, quâ cœpit de corpore loqui, per similitudinem ædificii; quod quidem solet hominum manibus fieri. Nostrum autem ædificiùm cœlestis, seu corpus spirituale, fiet tale divinitus, seu divinâ potentia. Corpus equidem animale factum est humanâ operatione; corpus verò spirituale fiet operatione divinâ, per Spiritum vivificantem, ut dictum est primæ Cor. c. 15.

ÆTERNUM IN CÆLIS, immortale, incorruptibile, cœlestis, et huic supremo conveniens loco. Pati ergo et mori non timemus, quia novimus quòd, si pro Christo destruat hoc nostrum terrestre corpus, in quo anima

cum non opere humano, sed opere divino, supra omnem naturæ facultatem; corpus videlicet gloriosum, immortale, æternum. DOMUM, id est, corpus resurrectionis glorificatum, habemus, id est, habebimus certò in resurrectione. Et tale corpus propriè domus est animæ beatæ, sicut corpus mortale domus est animæ hinc viventis et patientis. Ita Chrysost., Theodor., Theophyl., Ambrosius. Repromittit meliorem domum

nostrâ, quasi in tentorio, nunc habitat; habebimus in resurrectione domicilium, seu corpus, non terrenum, sed spirituale; non temporarium et corruptibile, sed æternum et immortale; non humanitatis factum, sed divinâ potentia, Deo scilicet, hoc nostrum terrenum et animale corpus reddente spirituale, cœlestis, immortale, subtile, clarum, et gloriosum. Itaque nobis mori licet.

Ad hæc attende, anima christiana, hæc oculis fidei intueri, penetra, tibi que continuè presentia redde; corpus terrenum et animale spernes; pro Christo pati et mori non timetis.

VERS. 2. — NAM ET IN HOC... domicilio scilicet, seu corpore terreno. SYR., etenim ad hoc gemimus, et expectamus indui domo nostrâ, quæ è cælis est.

INGEMISCIUM in hoc luteo corpore, desiderantes HABITATIONEM NOSTRAM... id est, incorruptibilitatem et dotes gloriosas, tanquam indumentum, superindui, non deposito hoc terreno tabernaculo.

DUE sunt in his verbis metaphoræ permixtæ; una à domo, altera à veste sumpta. Corpus nostrum et vestis et domicilium est animæ.

VERS. 3. — SI TAMEN VESTITI... Hoc quidem, supervestiri scilicet, nobis continget, si nos dies Domini vivos, seu corpore vestitus deprehendat, et non corpore jam exutus: qui enim vivi reperientur, aut sine morte aut saltem cum brevissimâ, immutabuntur, dotes gloriosæ corporis, ut pallium, superinduentes.

Divus Paulus de fine mundi semper egit, ut proximo, et qui posset eodem secum tempore viventes deprehendere, ut visum est primæ Cor. 15, primæ ad Thessal. cap. 4, v. 15. Hic itaque sensus satis est literalis. Multi tamen interpretantur: si vestiti gratiâ, charitate, bonis operibus, et non nudi inveniamur. Si tamen exentes è corpore, Christum indui, et non nudi inveniamur, id est, si in formâ baptismi, et traditione manserimus, ait Ambrosius; si Christum indui fuerimus, digni erimus superindui promissâ gloriâ: in illum enim decidit promissa claritas, quem videris signum adoptionis habere. Idem Ambrosius.

per resurrectionem, ait Tertullianus.

VERS. 2. — NAM ET IN HOC INGEMISCIUM, etc. Propter hoc, scilicet mortem et dissolutionem, que intervenire debet, ut à vitâ hâc transeamus ad æternam, ingemisimus: nam mors hæc contra naturam est. Optaremus enim superindui gloriâ, non spoliari vitâ. Porò corpus immortale vocat apostolus habitaculum ædificiùm quod ex Deo habemus, eò nempe quia solâ divinâ virtute nobis constructur.

VERS. 3. — SI TAMEN VESTITI, etc., idque ad eò reipsâ nobis continget, si in die Domini vestiti corpore, non autem nudi reperti fuerimus; id est, si tunc residui futuri sumus, et nondum mortui. Ita Cajetanus.

VERS. 4. — NAM ET QUI SUMUS IN HOC TABERNACULO (corporis scilicet), ingemisimus gravati, scilicet, ob ejus (corporis) onus et pondus: ita tamen ut eum Nazianzeno dicamus: Domine, auffer à me tunicam hanc ita gravem (corpus scilicet terreste, ponderosum, ærumnosum), sed et de mihi leviorum. Et quid volumus exposituri, exui, scilicet corpore, sed superindui, scilicet gloriâ; si tamen vestiti carne et corpore, non eâ

QUI PERSEVERAVERIT... SALVUS ERIT. Uterque sensus est bonus; sed quis de facto verus, et D. Pauli? Non sum persuasus, dubito.

VERS. 4. — NAM ET QUI SUMUS... Mem aliis verbis repetit, causam addens cur gemant sancti, et explicans modum, quo superindutionem cupiant. Nam quàm moramur in hoc mortali, caduco, et luteo corpore; gemimus illius onere pressi, et ad incorruptibilitatem suspiramus.

Et quod volumus, id est, non quòd velimus hoc exui, scilicet per mortem: id enim natura refagit; sed vellemus per immutationem superindui immortalitate et dotibus gloriosis.

UT ABSORBEATUR... ita ut per apprehensionem æternæ vitæ, sine morte mediâ, absorbeat hujus corporis mortalitas et corruptio.

VERS. 5. — QUI AUTEM EFFICIT NOS IN HOC IPSUM... Græc., *operatus nos*, seu qui effectus nos. SYR., *potrà qui disponit nos*, id est, qui nos formavit, paravit, format, parat, et aptat ad hoc immortalitatis indumentum, vel ad hoc cœlestis domicilium; Deus est omnipotens.

QUI DEDIT NOBIS PIGNUS SPIRITUS, et ad hoc non tantum nos effecit, sed et illud nobis promisit, et in promissionis suæ securitatem, Spiritum sanctum nobis pignus dedit.

## Observatio litteralis.

Dei gratiâ ascribit Apostolus omne hujus nostræ immortalitatis meritum; nostramque hâc in re fidem et spem auget, tum ex omnipotentia Dei, tum ex sincerâ Dei voluntate et promissione, tum ex pignore nobis ad hujus voluntatis et promissionis securitatem dato. Quasi diceret: Ad hoc ipsum immortalitatis indumentum Deus omnipotens nos effecit; illud præterea in sacris Scripturis multoties nobis promisit, et ne verbis ipsis diffideremus, suæ promissionis implenda pignus, Spiritum sanctum nobis dedit.

Ad hoc ipsum Deus omnipotens nos effecit, 1° in ipsâ creatione, quæ creavit Deus hominem inexterminabilem, et quâ nos ad imaginem suam creavit, ut ipsius beatitudinis essemus participes; 2° in nostrâ regeneratione,

nudati per mortem inveniamur. Apostolus enim ita loqui solet de resurrectione et die judicii, quasi ea intellet, et quasi eam ipse cum aliis tunc viventibus sit visurus. Unde 1 Thess. 4: *Deinde, inquit, nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus cœlestium Christo in æra, et sic semper cum Domino erimus.*

Ut absorbeat hoc mortale est, à vitâ, mortalitas ad immortalitatem, ne scilicet corpore ab animâ deseratur, sed, animâ habitante in corpore, fiat inclytum, quod ante ingloriosum fuit. Brevissimè Tertullianus illud, *notentes exui, sed superindui*, sic exponit: *Volentes mortem experiri, sed vitâ preveniri.*

VERS. 5. — QUI AUTEM EFFICIT NOS IN HOC IPSUM, DEUS. Sensus est: Qui nos Evangelii ministros paravit atque formavit, et quotidiè parat aptosque reddit ad hoc ipsum, id est, ad induendum vel superinducendum domicilium cœlestis, Deus est.

Qui dedit nobis pignus Spiritus. Ipse Spiritus sanctus, cujus multa dona magna et manifestâ jam accepimus, ait Apostolus, est pignus, id est, artha futuræ gloriæ nobis data à Deo; ut de gloriâ immortalitatis



quæ filii Dei facti sumus in Christo, ut illius immortalitatis essemus heredes. Etenim, inquit Theophylactus, per baptismum Deus sanctificavit animam et corpus, et utraque diviniora reddidit, à peccato nos liberans, ex quo mors propagata erat.... À peccato vero postquam nos liberavit, corruptionem etiam destruxit; ex peccato enim corruptio.

Hoc ipsum Deus omnipotens sæpissimè repromisit in Scripturis, ac tandem in promissionis suæ securitatem Spiritum sanctum pignus dedit. Qui nobis per baptismum Spiritum dedit, pignus quoque immortalitatis nobis impertit, ait Theophylactus. Futura immortalitatis pignus est Spiritus; et aliter, qui dedit nobis in presenti Spiritum ex parte, pignus quoddam dedit se totum quoque traditurum: quomodo autem dabit, nisi corpore et animo incorruptibiles futuri simus? Ubi igitur pusillum hic acceperis, arrhabonem videlicet, confide quod et totum tunc persors sis habiturus; idem Theophylactus.

*Observatio morali.*

*Qui autem effecit nos..., qui dedit nobis pignus Spiritus.* Quantum fidem, spem, fiduciamque nostram, hic paucis verbis firmat Apostolus, æternamque corporis et animæ vitam nos docet certò sperare!

Ad hoc creatus sum ab Omnipotente: et quia per peccatum jus ad hanc vitam perdidit, factusque sum mortalis, et filius iræ; idè per baptismum in Christi sanguine ad eam regeneratus fui; omne peccatum, unde mortalitas propagata erat, destructum fuit; mihi que regenerato, et in Dei filium adoptato, Deus æternam vitam repromisit. Et ne verbis ipsis diffiderem, suæ promissionis implendæ pignus, Spiritum sanctum dedit. O charitas! Haec cogita, recogita, et seriò perpende, o anima mea, ut finis tui semper memor, et in Deum nunquam ingrata, terrenis nequaquam inherens; sed ad æterna, tanquam ad finem tuum continuè tendas, fide, spe, religione, bonis operibus. In charitate semper ambulans et proficiens; nec pati, nec mori reformidans, ut ad immortalitatem, et incorruptionem, ad quam te Deus creavit, pervenias.

**VERS. 6. — AUDENTES IGITUR SEMPER.** Supple, sumus. Nunc incipit et de animæ gloriâ agere, ut v. 8. clarè patebit. Hæc igitur fide et spe freti, bono semper animo sumus et in periculis et in passionibus, et in ipsâ morte.

**SCIENTES QUONIAM DUM SUMUS...** id est, quia scimus adipsendam non dubitemus, imò certissimi sumus, si arriam suo tempore representemus. Eundem spiritum vocavit pignus datum in cordibus, supra, cap. 1.

**VERS. 6. — AUDENTES, CONFIDENTES,** id est, audemus, confidimus, audacter et fidenter pericula et mortem pro Christo et Evangelio suscipimus, imò optamus. *Igitur*, quia scilicet hanc gloriam et vitam æternam quasi hæreditatem speramus ejusque pignus Spiritum sanctum accepimus, idè audemus quævis ardua et agere et pati semper, *scientes quantum diu sumus in corpore, peregrinamur à Domino*; q. d.: Hic peregrini sumus, quia conscripti sumus cives cœli, et heredes Dei; festinamus ergo ex peregrinatione hæc tendere, et consequi patriam nostram cœlestem, Deique Patris nostri hæreditatem adire.

**VERS. 7. — PER FIDEM ENIM AMBULAMUS,** etc. Hoc

quòd quamdiù in hoc corpore habitamus, *PEREGRINAMUR*, et absentes sumus à DOMINO, id est, à conspectu Domini. Hic in alienâ patriâ, tanquam peregrini sumus, absumus à Christo, absumus à patriâ, ad quam creati sumus: procul à visione Dei, quæ est felicitas nostra.

**VERS. 7. — PER FIDEM ENIM...** Nunc enim in viâ sumus, et per fidem *AMBULAMUS*, id est, fide duce et præviâ, tendimus ad patriam; seu gressus nostros, affectus nostros per obscurum fidei lumen dirigimus. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

**ET NON PER SPECIEM...** id est, nondum ad clarum Dei in se visionem pervenimus; id est, nondum ad faciem, seu ut est, videmus; seu nonzùm illius speciem, essentiam, propriam pulchritudinem intuemur, uno verbo nondum fruimur.

**VERS. 8. — AUDEMUS AUTEM...** Repetit, ut perficiat quod versus sexto copit dicere, et quod per versum septimi parenthesis fuit interruptum.

**AUDEMUS,** inquam, hæc fide et spe freti, et optamus à corpore magis absentes esse, quam in eo commorari;

**ET PRESENTES ESSE AD DOMINUM,** id est, ipsi in patriâ jungi, ipsum videre, ipsoque frui.

Ecce beatitudinem animæ, quâ fruuntur sancti, statim ac sunt à corpore separati; ob quam audent, confidunt, optant à corpore separari, ut Deo, summo bono, fruantur in animâ.

Syrus paucis et clarè hos tres versus exprimit: *Quoniam igitur scimus et persuasi sumus, quòd quamdiù in corpore habitamus, peregrinamur à Domino nostro* (per fidem enim ambulamus, et non per visum) *propterea confidimus, et peroptamus peregrinari à corpore, et esse apud Dominum nostrum.*

**VERS. 9. — ET IDÈ,** id est, ut presentes sumus aliquando ad Dominum, eoque fruamur; **CONTENTUMUS,** Græcè, *salutamus*, id est, omni studio entimur fideliter nostrum ministerium exequi, et sanctè vivere; ut

**SIVE ABSENTES, SIVE PRESENTES.** SYR., *sive peregrini, sive incolæ*, id est, sive vivi, sive mortui, vel sive nunc, sive tunc, illi placeamus, illius voluntatem adimplendo. *Quæ placita sunt ei, facio semper, aiebat Christus Dominus.* Et hic est modus placendi Deo, si voluntatem illius faciamus: *Qui fecerit voluntatem Patris mei..., hic est meus frater, soror et mater...* Si verò

est, fide duce ac præviâ tendimus ad cœlestem patriam; nec adhuc ad speciem pertingimus, quia scilicet necdum ipsam speciem, id est, naturam et pulchritudinem Dei, in se contemplamur facie ad faciem.

**VERS. 8. — AUDEMUS AUTEM, ET BONAM VOLUNTATEM HABEMUS.** Græcè, *benè volumus*; Syrus, *peroptamus*, omnibus votis cupimus, magis, id est, malentes, *peregrinari à corpore, et presentes esse ad Dominum*, id est, eligentes potius abesse à corpore, ut licet adesse Deo, ejusque presentia, specie et facie perfui.

**Græcè, et domi agere ad Dominum, sive apud Dominum,** id est, tanquam in patriâ presentes apud Dominum morari. Tertullianus immorari dixit.

**VERS. 9. — ET IDÈ CONTENTUMUS,** certam, omni studio, ministerio, conatu et nisu nostro contentumus, certamus et ambimus Deo placere, ut in hoc

credimus, si verè speramus, contendamus, ambiamus, omni studio entimur ejus voluntatem in omnibus exequi; hinc pendet nostra salus; ut enim ait Theodoretus, non sufficit fides ad salutem, sed convenit benefactorem in omnibus colere et observare.

**VERS. 10. — OMNES ENIM NOS MANIFESTARI...** dat rationem ob quam nobis omni studio semper contendendum sit, ut Dominum placeamus. Quia nos omnes, nemine excepto, oportet coram Christo, omnium tam vivorum, quam mortuorum iudice supremo, stare, examinari, denique manifestari, omnibus et angelis et hominibus.

**UT INUSCUSQUE REFERAT,** quod ipsi debitum est, premium vel poenam, convenienter vitæ, vel bonæ, vel malæ, quam duxit, quamdiù fuit in corpore.

Quinque tremenda exprimuntur in hoc iudicio. Universale erit, omnes nos; nullus mortalium excipitur. Necessarium et inevitabile, oportet. Clarum, certum et evidens... manifestari; non exteriora tantum, sed et interiora. Clara fiet, evidens et publica manifestatio etiam cordium, id est, intentionum, coram Deo, angelis et hominibus; hinc pudor et confusio. Irrevocabile, quia ANTE TRIBUNAL CHRISTI, coram supremo omnium iudice. Æquissimum, ut referat *unusquisque*, etc., iuxta facta, volita, et cogitata à se, quamdiù vixit in corpore. Heu! quid cogito, dum hæc terribilia non cogito?

**VERS. 11. — SCIENTES ERGO TIMOREM DOMINI.** Timor ibi per metonymiam ponitur, pro timoris objecto, scilicet pro tremendo Christi iudicio. Illud ergo tremendum iudicium scientes, et præ oculis habentes, sincerè et fideliter coram Deo agimus.

**HOMINIBUS SUADEMUS,** id est, et nostram in agendo sinceritatem studemus hominibus suadere; scilicet ne cuiquam sinus scandalò; vel illius actionis malæ suspitionem adversum nos præbeamus. Ita omnes Patres Græci, divus Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, divus Athanasius, plerique Latini recentis, Estius, Erasmus in paraphrasi.

**HOMINIBUS SUADEMUS,** hoc est, officendiis medemur, ait Theophylactus.

Hinc divus Chrysostomus infert, quòd ad evitandum nostram in Dei iudicio reprehensionem, non sub-

studio non patiamur nos à quoquam superari. *Sive absentes, sive presentes placere illi.* Quoniam ergo tanta presentia nobis proposita sunt ac promissa, propterea contendimus, certam atque omni studio committimus, fideliter ac sincerè coram Deo ministerium nostrum exequendo; ut sive degentes in hoc domicilio corporis, sive ab eo pro mortem peregrinantes, id est, seu vivi, seu mortui, Christo Domino placeamus, acceptique simus.

**VERS. 10. — OMNES ENIM NOS MANIFESTARI OPORTET ANTE TRIBUNAL CHRISTI,** q. d.: Contendimus placere Deo in omni opere nostro, ut in tribunali Christi, cui sistendi sumus, donemus gloriam corporis, et beatam Dei presentiam ac visionem; non autem ea privemur cum illis qui Deo per opera mala displicuerunt.

*Ut referat unusquisque propria corporis, scilicet gesta et facta, prout gessi.*

**VERS. 11. — SCIENTES ERGO TIMOREM DOMINI,** id est, quia scimus timendum esse Dominum iudicem et vindicem, hinc eundem hunc timorem hominibus suade-

ficit nihil agere mali; non sufficit coram Deo benè agere: sed præterea nobis entimendum est, ne pravâ apud homines suspitione laboremus; aut quisquam per nos, etiam innocenter offenderit. Tanta debet esse nostra erga proximum charitas! Hinc quis hoc oculatissimum Dei iudicium ferociterans, non dicat: *Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo?*

**DEO AUTEM MANIFESTI SUMUS.** Quod ad Deum spectat, ipsi nostra sinceritas patet, quem nihil latet.

**SPERO AUTEM ET IN CONSCIENTIIS...** Confido quòd et vobis in conscientia pateat, quiddam aliqui dicant vobis in contrarium. Testatur ipsorum conscientias, contra pseudo-apostolorum maledicta.

**VERS. 12. — NON ITERUM COMMENDAMUS...** Qui versus precedente stuidit omnem de se ullius actionis, aut intentionis præsumptionem à proximo suo avertere; hic ab eodem proximo studet omnem vanæ gloriæ suspitionem de se amovere. Hoc ut melius intelligas, recordare quòd in præfatione hujus Epistolæ dictum est ex divo Chrysostomo: pseudo-apostoli Paulum traducebant ut vanum et arrogantem, ob quædam ab illo dicta in priore Epistolâ, quibus sese laudare videbatur. Ad hanc calumniam transit Apostolus, illam deleturans. Hæc, inquit, vobis non dico, ut me, meoque in Evangelio predicando socios, præconis attollam, vobisque reddam commendatos.

**ITERUM,** id est, sicut jam in primâ Epistolâ quibusdam visus sum facere. Vide cap. 9, v. 1.

**SEN OCCASIONEM...** Sed hæc dicimus, ut vobis de nobis apud pseudo-apostolos, qui nos contumeliis dilacerant, gloriantur ansam præbeamus; Theophylactus.

**UT HABEATIS...** in promptu, unde causam nostram tueamini adversus eos, qui gloriantur in facie, id est, in iis quæ sub aspectum cadunt; in exterioribus, v. g., eruditione, divitiis, vel in quibusdam bonis apparentibus operibus, quæ faciunt, hincque gloriantur.

**NOS IS CORDE,** in quo non habent unde gloriantur; propriâ enim revincuntur conscientia, ob occulta decora, de quibus c. 4, v. 2. Vel non in cordis puritate gloriantur, sicut nos apostoli, unde vera et solida coram Deo gloria. *Beati mundo corde.*

*... ut eo Dominum timeant.*

*Deo autem manifesti sumus, q. d.:* Deus scit me sincerè Deum timere, et timorem hunc alius suadere. Significatur enim manifesta Dei de nobis notitia sic presentis, ut semper fuerit. Interim observa quòd si Deo jam manifesti sumus, non ergo Christo nos manifestandos esse demum in extremo iudicio, sed hominibus coram Christo.

*Spero autem, et in conscientiis vestris manifestos nos esse.* Spero et confido sinceritatem nostram quâ in evangelico munere versamur, ita vobis jamdiù manifestam et probatam esse, ut benè recteque de nobis sentiatis.

**VERS. 12. — NON ITERUM COMMENDAMUS NOS VOBIS,** ac si dicat Apostolus: Ideoque non hæc scribo, quòd magnopere studeam me meoque Evangelii socios ierum vobis commendare; ut quorum in conscientiis satis manifesti sumus.

*Sed occasionem damus vobis gloriantur pro nobis; ut orebeamus vobis materiam gloriantur de nobis; idque*



Quid proderit hypocritis fallax et inanis apud homines gloria, quibus intima, vera et solida deest apud Deum gloria? Id verè sum, quod sum apud Deum. Cetera, quidquid appareant hominibus, vana sunt, et nihil.

VERS. 13. — SIVE ENIM EXCEDIMUS... Hic ad suam, circa predictam in versu præcedenti calumniam, justificationem descendit Apostolus; explicans cur, et quo animo semetipsum aliquando laudet, aliquando humiliet; neutrum sine necessitate; neutrum sui causâ, sed utrumque propter Dei gloriam, et proximum salutem.

SIVE ENIM EXCEDIMUS... SYR., *nam sive insani sumus, Deo; sive temperantes, vobis*. Mentis excessum hic vocat quod alicui vocat insaniam, scilicet de se gloriosè loqui. Itaque si, quasi rationis limites egressi, magni aliquid de nobis loquimur;

Deo, supple. insani sumus; id est, Dei causâ id facimus, nō dūm de nobis, ut vilibus hominibus existimatis, contemptui nos et nostram doctrinam habeatis, et propterea derideatis, ait D. Chrysostomus. Hic enim apostolorum, et evangelicæ doctrinæ contemptus, in Dei contemptum, cuius sunt apostoli, cederet, et ad vestram perditionem.

SIVE SOBRI... id est, sanæ mentis; humiliter, et modestè de nobis sentimus et loquimur. Sobrietatem seu temperantiam hoc loco vocavit humilitatem, mentis excessum, narrationem eorum quas rectè gesserat; Theodoretus.

Vobis, supple. sapimus; id vestri gratiâ facimus, ut modestè exemplum vobis præbeamus; seu, ut ait divus Chrysostomus, ut à nobis modestè et submissè de vobis sentire discatis. Si desipimus ergo, Deo desipimus; si sapimus, vobis sapimus. Hæc in re nil propter nos, sed omnia propter Dei gloriam et vestram salutem.

VERS. 14. — CHARITAS ENIM CHRISTI URGET... GRÆC., *colibet*. SYR., *constringit*.

adversus æmulos gloriae nostræ pseudo-apostolos qui nobis obtrahant.

Ut habeatis occasionem scilicet gloriantis de me, ad eos, contra eos, qui in *facie gloriantur*, qui externa se specie jaclant, cum sibi non sint in conscientiâ bene conscii, sicut hypocrite et pseudo-apostoli, et non in corde, id est, non ex cordis ac conscientie testimoniis; et non ita sentiunt corde, ut foris de se prædicent; non tales intus se vident, quales exterius videri volunt; conscientia non respondet externa speciei.

VERS. 15. — SIVE ENIM MENTE EXCEDIMUS, DEO; quasi dicat: Si nostri obilit vehementiâ aliquā ant zelo abripimus quem mundani putant insaniam; ut scilicet quasi insani abripimur in laudes ministerii nostri, ac gloriosius diviniusque de nobis loquamur (superbia enim et jaclantia videtur, et est insaniam, ait Ambrosius, seipsum laudare), Deo, hoc est, ad Dei honorem id facimus. Sive sobrii sumus, in sermone scilicet laudibusque nostris, vobis id fit, ut nimirum vos modestiam doceamus. Ita Chrysost., S. August., Anselm., Theophil., et alii sic explicant, quasi dicat: Si rapimus in excessum vel extasim divini amoris, contemplationis et locutionis, dicentes: Nos autem revelatâ facie gloriam Domini speculantes; et: Contendimus, sive absentes, sive præsentem placere illi; et: Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, et

Particula, enim, hunc versiculum cum præcedente jungit, indicatque hic rationem prædictorum reddi: scilicet, cur, sive insaniam, Deo insanit; sive sapiam, proximo sapit; et cur nihil sui causâ faciat; sed omnia ob Dei gloriam et proximi salutem, quasi dicere: Ad sic agendum urget nos Christi charitas, qui omnia propter Dei gloriam et nostram salutem fecit, et ejus exemplum nos colibet aliter agere.

ESTIMANTES HOC..., id est, dum enim apud nos serio perpendimus hoc, scilicet, QUONIAM SI UNUS, id est, quod, quandoquidem ipse unus PRO OMNIBUS MORTUUS EST.

ENGO OMNES MORTUI SENT. Hinc inferimus quod omnes mortui sunt et consequenter nos ipsi mortui sumus, id est, æternæ morti obnoxii. Pro omnibus hominibus ab æternâ morte redimendis Christus mortuus est: ergo et pro nobis ipsis mortuus est. Mortui eramus; et pro nobis ab æternâ morte liberandis mortuus est Christus. O immensa! ò nimia et nimis urgens charitas!

Hic locus illustrandus et explicandus ex eo, qui est, Ephes. 2, v. 3, 4, 5; videtur enim quod apud se perpendeat, quod ibi dixit Apostolus: *Eramus naturâ filii iræ, sicut et ceteri. Deus autem, qui dives est in misericordiâ propter nimiam charitatem suam, quod dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convitavit nos in Christo, cuius gratiâ salvati estis, et convitavit nos in Christo, cuius gratiâ salvati estis, et convitavit nos, etc.* Confer hæc loca, et videbis quod hic breviter exprimit, sed revera idem apud se cogitat et sentit; quod ibi fusius explicat. Meditans, perpendens et penetrans Paulus immensam charitatem, quæ Christus pro Paulo à morte liberando mortuus est; Paulus ardebat, et urgebatur hæc nimia Christi charitate.

VERS. 15. — ET PRO OMNIBUS MORTUUS EST..., supple, et estimantes quoniam pro omnibus mortuus..., sed et dum præterea apud nos serio perpendimus quod ideò pro omnibus à morte liberandis et spiritaliter vivificandis mortuus est: ET ET QUI VIVUNT, JAM NON presentes esse ad Dominum. Quæ in re gloriantur et nos laudasse visi sumus. Vel, ut vertit Chrys., *si insaniam, hoc est, si videmur quandoque amore et contemplatione chrisi et insani, ut apostoli, Act. 2 et 26, Deo, id est, ad Dei gloriam id facimus. Excessus mentis est intentio ad superna, inquit Aug. inus, ita ut quasi de memoria labatur infirma. Sobrii sumus vobis, q. d.: Licet alta contemplantur, sobrie tamen de his loquimur, ut vos ea capere possitis.*

VERS. 14. — Charitas enim Christi urget nos, compellit nos, ut et nos Christi exemplo et amore idem faciamus, nosque totos hominibus impendamus, ut eos faciamus salvos à morte; ideòque, prout eis expedit, nunc mente excedamus, mente sobrii sumus. Estimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, q. d.: Tanta fuit Christi charitas, ut pro omnibus moreretur. Unde sequitur nos fuisse mortuos; ideò enim mortuus est, ut nos à morte et corporis et anime liberaret. Ex quo magis patet Christi miseratio et charitas, quod scilicet est tanta mortis miseria, eam in se suspicientes, nos eriperit, quæ profectò urget nos, ut Christum redimemus, ejusque amore in proximi salutem modis omnibus incumbamus.

VERS. 15. — Et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi, non suo gloriae, voluntati, voluptati, vitæ; sed et, qui uno ipse mortuus

SIBI VIVANT, SED EI, QUI..., id est, ut ii, qui per ipsum sunt à morte liberati; et vitam gratiâ possident; non sibi vivit, sed Christo redemptori suo, qui pro eis mortuus est et resurrexit: seu, qui eos et à morte liberavit suâ propriâ morte; et eos suâ resurrectione resuscitavit. Confer citatum locum supra, *convitavit et convitavit...*

Hinc inferimus quod nos, et omnes, qui hæc immensâ Christi charitate, ab æternâ morte sumus liberati, et divini gratiâ vitâ sumus resuscitati; non nobis, sed Christo debeamus vivere: non propter nos agere, sed propter ipsum; non nostra curare, et quæ Dei; ita ut omnia propter Deum et proximi salutem faciamus. Hanc consequentiam in mente Apostolum habuisse testatur sequens versiculus, qui est hujus consequentiæ fœtus; imò hæc ipsamet consequentia.

VERS. 16. — ITAQUE NOS... hinc fit quod nos apostoli, hæc ineffabili charitate pressi,

EX HOC, scilicet tempore, GRÆC., *ex tunc*, id est, ex quo coepimus esse Christi, seu nobis mori, et Christo vivere, ex quo coepimus esse christianis.

NEMINEM, id est, nihil, nec nos, nec alios carnaliter, seu propter nos; aut propter aliquas rationes humanas, aut cognoscimus, aut diligimus; sed omnia spiritaliter in Christo et propter Christum, cui vivimus.

Hæc pars, *secundum carnem*, potest vel ad ipsum cognoscendum referri; vel ad cognitum: et puto quod per utrumque respectum vera sit. Per primum, nos nobis mortui, Christo viventes, non cognoscimus, nec judicamus, nec diligimus, secundum carnales, seu humanos nostri cordis affectus; sed secundum Christi spiritum. Quis vita, talis et operatio: quia ergo carni mortui sumus; secundum carnem non agimus: quia verò vivimus Christi spiritu, hinc et secundum eundem Christi spiritum agimus, cogitamus et loquimur. Per secundum etiam respectum. Nos nobis mortui, cum Christo viventes et resuscitati, carnales in aliis hominibus circumstantias non attendimus, v. g., quod Judei sint vel gentiles, divites vel pauperes, cognati aut alieni, etc.; hæc non consideramus; nec quem

est et resurrexit; id est, omnes suæ vite actiones insitunt ad nutum et voluntatem et honorem sui Domini, qui ipsos suâ morte redemit, eoque redemptionis jure servos efficit.

VERS. 16. — Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem. Ex hoc, scilicet tempore, nam GRÆCÆ est, *ex tunc*, id est, democops, q. d.: Quia Christi tanta in nos est charitas, nosque urget, ideòque nihil astipimus carnalia, id est, externa et presentia extra Christum, puta famam, valetudinem, amicitias, cognationes. Ita Chrysost., ut sit persona pro re; *neminem*, hoc est, nihil, ait Vatabl. Apostolus opponit carni sive homini carnali novam creaturam, quæ in hæc vitâ est, et vivit per fidem et gratiam in Christo; ait enim: *Si quæ ergo in Christo nova creatura. Quare sive magis vitæ et proprie explicat: Ex hoc, id est, amplius, neminem novimus secundum carnem, id est, speciem externam, scilicet quod nobis sit cognatus, amicus, iudeus, nobilis, elegans, doctus; his affectibus naturalibus mortuus sum, quia in Christo recuperatâ illi soli vivo, ipsum solum, et omnes in ipso*

quam propter hæc carnales et humanas rationes diligimus; sed secundum charitatis spiritum omnes diligimus in Christo, propter Deum. Nec nosmetipsos carnali affectu, aut propter carnalia diligimus; utpote nobis et carni mortui, Christo soli viventes. Imò nec Christum ipsum, cui soli vivimus, secundum carnem, id est, aut carnali affectu, aut propter humanos respectus, diligimus.

ET SI COGNOVIMUS SECUNDUM CARNEM CHRISTUM... id est, primò, si Christum nobis presentem cognovimus, dileximus, eique adhesimus, secundum carnales, seu humanos nostri cordis affectus; sicut amicum amicum diligit: at jam talis affectus per Spiritum sanctum cessavit in nobis. Hoc Apostolus in aliorum discipulorum persona dicit, ait D. Thomas; carnales erant, et ipsi Christo apud eos presentem, secundum carnalem affectum adhaerebant. Vide D. Thomam, qui et D. Augustinum citat. Secundo, si Christum aliquando secundum carnales et humanos respectus cognovimus et dileximus, v. g., quod Judeus, noster affinis et cognatus; vel per alias temporales rationes et circumstantias; at jam talibus rationem, amum affectu priori, utpote spirituali et divino estimamus, reveremur et adoramus, ut hominem Deum, redemptorem mundi, Deum et Dominum nostrum; eique ut tali vivimus, servimus; et ei soli vivendum et servendum ubique prædicamus.

Quale est esse, tale est et vivere; et quale est vivere, tale est et operari: seu, ut dicitur, modum essendi sequitur modus operandi. Quia ergo apostoli sibi mortui, Christo convitaviti, spiritaliter affecti sunt; ideò et spiritaliter fuerunt in vitâ et in operationibus: spiritaliter vixerunt, cogitaverunt, dilexerunt, et omnia sua operati sunt. Hinc nihil propter se, propter sua commoda, propter suum honorem proprium; sed affectu supra omnia creata elevati, et toti in Deum absorpti, per ipsum, propter ipsum, et in ipso omnia sua operabantur. Hinc itaque verum est et concludendum restat, *si mente excedimus*, id est, si insanimus magnificè loquentes de nobis; Deo, et propter Deum insanimus: illius gloriae cupidi, cui vivimus; non nostræ, cui mortui sumus. *Si sobrii sumus, vobis, si*

secundum claritatis spiritum, non secundum carnem amo; q. d.: Ego non quero placere hominibus, ut laudes et gloriam hominum, sed Dei.

Neminem novimus secundum carnem, notitiâ viderit amoris et propensionis affectus, id est, in nemine gloriarum carnis propinquitas causâ, nec quidem in ipso Abraham patre nostro secundum carnem; quia laus omnis nostra et glorio et gloriato est Christus.

Et si cognovimus secundum carnem Christum, hoc est, si aliquando Christum aestimavimus et vidimus (si non ego Paulus, certis aliis apostoli nostri) presentem, mortalem, carnis passionibus, fami, frigori obnoxium, hominem nobis similem, nunc non novimus nisi immortalem et impassibilem. Ita Chrys., Theodor.

Et nunc jam non novimus. Esi aliquando magnam et gloriosum putavimus, gentilem et consanguineum esse Christum secundum carnem, et nos esse Hebræos Christi cognatos, aut etiam familiariter conversati sumus, jam illis terrenis affectibus mortui sumus, et per Christum recreati augustiùs de eo sentimus, et



sapimus, modestè loquentes; vobis sapimus, propter vestram salutem, cui intendimus, nulla in vobis carnalia spectantes; nihil carnale à vobis sperantes, sed vos spiritualiter secundum Deum diligentes. Itaque nobis mortui, non nostra curamus, nec nosmetipsos predicamus. Carni mortui, neminem secundum carnem cognoscimus aut diligimus; nec quærimus vobis carnaliter placere; nec nos vobis carnaliter commendare reddere. Sed Deo viventes, Dei gloriam in omnibus quærimus: Christum, mundi salvatorem, spiritualiter et divinè diligentes; salutem per Christum mundo datam, et vobis et omnibus, quos in charitate Christi diligimus, omni studio procurare stagemus. Et hæc est vera Apostoli contra pseudo-apostolorum calumniam defensio et justificatio. Nec semelipsum commendavit, nec Corinthiis aut aliis hominibus carnaliter placere studuit; sed Dei gloriam et proximorum salutem in omnibus suis operibus et verbis quæsit.

O divinum agendi modum! Deum in omnibus spectare, diligere, intendere; propter Deum, salutem proximi omni studio procurare! Talis fuit apostolorum agendi modus. Talis et tuus esse debet, et de hoc moneris in verso sequenti.

VERS. 17.—SI QUÆ ERGO IN CHRISTO NOVA CREATURA: VETERA... GRÆC., si quis in Christo, nova creatura: vetera, etc. SYR., qui quis in Christo est; factus est nova creatura. Concludit Apostolus, nunquamque Christianum monens de suo statu, et eum ad novitatem vitæ et morum exhortans.

Nota ad intelligentiam.

Ut autem hanc conclusionem meliùs percipias, et textus connexionem, advertite, in superiora reflectens, quòd duo asseruit Apostolus, et inde duo jam conclusit.

§ 14. Asseruit quòd *Christus pro omnibus mortuus est*; hincque collegit: *Ergo omnes mortui sunt*, et consequenter et nos mortui eramus; sique pro me à morte liberando mortuus est Christus. § 15. Asseruit: *Idèò pro omnibus mortuus est Christus, ut ii qui per ipsam à morte sunt liberati, et vitam gratiæ possident, jam non sibi erant, sed Christo Redemptori suo, qui pro eis mortuus est et resurrexit*. Hincque, § 16, collegit hoc sibi et suis collegis applicans: *Idèò nos apostoli nobis mortui sumus; Christo soli vivimus; ita ut nihil, nec nos nec alios homines, nec Christum ipsum, visis spiritualiter cognoscamus aut diligamus*. Hic autem, § 17, hoc idem omnibus baptizatis applicans, et ad omnes Christianos extendens, infert: *Si quis ergo nobiscum est in Christo regeneratus, in Christum credens, Christumque professus, hic sciat se novam creaturam*. Illi

Christum tantum novimus secundum spiritum, id est, ut hominem divinum, orbis redemptorem, doctorem, auctorem gratiæ et salutis, atque ut tali vivimus et servimus, taleque orbe toto predicamus.

VERS. 17.—SI QUÆ ERGO IN CHRISTO NOVA CREATURA. Quare si quis est in Christo, nova creatura est, q. d.: Si quis ergo mecum est in Christo regeneratus, et quasi in alium hominem et novam creaturam est re-

VETERA TRANSIERUNT, id est, veteris et carnalis hominis affectus, cupiditates non ei dominantur: sciat se carni mortuum, nihilque secundum carnem cognoscit aut diligit.

ECCE FACTA SUNT OMNIA NOVA. Sicut illi novum esse, spirituale scilicet et divinum, in baptismo collatum est, ita sibi illi vita nova, novus vivendi modus, spirituales sint illi sensus et affectus. Carni mortuus et sibi, Christo vivus, secundum Christum spiritum vivat: sicut Christus surrexit à mortuis, ita et in novitate vitæ ambulet.

Observationes morales.

Hinc discamus 1<sup>o</sup> quòd christianismus, seu Ecclesia, mundus est novus; quilibet verò Christianus nova per Baptismum factus est creatura. Ante Baptismum erat in nihilo peccati: ut enim ait divus Augustinus, peccatum nihil est, et nihil fiunt homines cùm peccant; per Baptismum autem ex illo peccati nihilo transit ad esse supernaturale et divinum gratiæ; ex nihilo, seu homine nihilo, factus est filius Dei, divina nature consors. Ecce nova creatio, et nova creatura.

Discamus 2<sup>o</sup> quòd sicut novum esse in Baptismo recipimus, esse scilicet spirituale, supernaturale et divinum, ita et novam agendi modum, spirituale et divinum, per charitatem nobis in Baptismo infusam. Nova debet esse novæ creature operatio: sicut spiritualis et divina est creatura, ita spiritualiter et divinè debet agere. Vetera nobis transierunt. Carni mortui, non secundum carnem debemus vivere; Christo convivificati et consociati, secundum Christi Spiritum debemus agere. Utrumque promissimus in Baptismo. Primum, renuntians Satanæ et operibus ejus, peccatis scilicet; secundum, Deo obedientiam promittentes.

Discamus 3<sup>o</sup> quòd in quantum quis proficit in hoc spirituali agendi modo, in tantum proficit in christianismo. Tuum ergo consule modum agendi, et ex eo infer an sis, et quantum sis christianus. An carnaliter, an spiritualiter agis. Tunc verè christianus eris, cùm tu tibi planè mortuus, Christo penitus vixeris, in novitate vitæ ambulans. Hoc autem ut in te fiat, immensam in te Christi charitatem frequenter et seriò meditare.

1<sup>o</sup> Cum divo Paulo cogita et perpende, pro me, naturà iræ filio, et æternæ morti obnoxio, Christus mortuus est. Attende, pro me nihilo: imò qui nihilo sum minor et peior; Christus, Filius Dei, et Deus, mortuus est: suà proprià morte me redemit à morte. O charitas urgens! o charitas nimia! Pro homo vix quis audeat mori, et pro me pessimo, mortuus est optimus Filius Dei! pretioso sanguine suo factus est Redemptor meus copiosissimus, et ego ineffabili pro-

creatus et transmutatus; in hoc vetera transierunt, veteres scilicet, tum Judæismi ritus, tum politici affectus et iudicia, quæ est novissè aliquem secundum carnem, quod præcessit. Ecce enim in tali facta sunt omnia nova, ut novos habeat penitus, nova iudicia de re et spe christianà, novam vitam, novam spem resurrectionis, novam gratiam, sanctitatem, justitiam.

tio sum ab eo redemptus. Emptus ergo sum Christi servus, mancipium sum Christi, lotus Christi sum. Servus non est suus, sed domini sui servus. Emptus non est suus, sed redemptoris sui. Totum ergo me debeo Christo, Domino meo, Redemptori meo; omnia ergo mea non sunt mea; meum esse, meum vivere, meum operari, non sunt mea; sed sunt Christi, Domini mei, Redemptoris mei. Hæc omnia, et vitam, et honorem, et opera, et me totum debeo et debui in illius gloriam et honorem impendere, illi esse, illi vivere, illi operari debeo et debui. Quot ergo furta, imò sacrilegia hæcenus commisi, o piissime Redemptor meus! Toties fur et sacrilegus fui, quoties propter me, propter homines vixi, aut egi, et non propter te. Etenim

2<sup>o</sup> Perpende: Idèò pro me mortuus est Christus, ut non mihi vivam, sed ei qui pro me mortuus est et resurrexit. Nota duo in his verbis; et quòd pro te mortuus est Christus, et quòd pro te resurrexit. Nota et quòd hinc duo à te Christus exigit, ait D. Thomas. Quia pro te mortuus est, et tu debes tibi ipsi mori, id est, pro Christo temetipsum abnegare. Quia verò pro te Christus resurrexit; et tu debes ita peccato, veteri vitæ, et tibi ipsi mori, ut resurgas ad novam Christi vitam; seu, ut Rom. 6: *Quomodo Christus surrexit à mortuis pro gloriam Patris; ita et nos in novitate vitæ ambulemus*. Tunc ergo verè christianus ero, cùm mihi ipsi planè mortuus, Christo penitus vixero, in novitate vitæ ambulavero.

Hic tæe gratiæ effectus est, o Spiritus Dei! Veni itaque, veni sancte Spiritus! operare in me, quod in apostolis; da mihi cor novum, mihi mortuum, Christo vivum, Deum solum amans, et proximum in Deo, et propter Deum diligens; per te sim nova in Christo creatura, ei vivens qui pro me mortuus est et resurrexit.

VERS. 18.—OMNIA AUTEM EX DEO. SYRUS hæc jungit cum præcedentibus: et facta sunt omnia nova à Deo ipso. Apostolus primum hujus novitatis principium ostendit Deum, ut ei gratias habeamus. *Omnia autem hæc nova, jam dicta, à Deo sunt*, omnium honorum auctore.

QUI NOS RECONCILIAVIT..., qui nos, per peccatum inimicos suos, in amicitiam recepit, nobisque gratiam contulit per Christum; seu per Christi, mediatoris nostri satisfactionem et merita.

ET DEDIT NOBIS MINISTERIUM..., et nos apostolos suos, fecit hujus reconciliationis hominibus conferendæ, nuntios et cooperarios: seu nobis apostolis suis commisit officium hujus reconciliationis hominum cum Deo (quam Christus nobis in suà passione pro-

Ecce facta sunt omnia nova, hoc est, omnis vetustas in novitate commutata est.

VERS. 18.—OMNIA AUTEM NOVA JAM DICTA EX DEO, ex Dei donatione et gratià facta et data sunt, qui nos reconciliavit sibi per Christum, etc., ut per nostram predicationem persuadeamus hominibus Christum idem et penitentiam, novam et christianam vitam, itaque ipsos Deo reconciliemus.

S. S. XXIV.

meruit), verbo promulgandæ et Sacramentorum administratione procurandæ. Ad hoc enim reconciliationis ministerium pertinet, non tantum prædicandi munus, sed et potestas baptizandi, peccata remittendi, quam Christus in Evangelio suis apostolis dedit: hæc autem potestas, quam Christus suis delegavit apostolis, est à Deo. *Data est mihi omnis potestas... euntes ergo docete... baptizantes...* Matth. 28, 18. *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos*; Joan. 20. Deus itaque nostræ reconciliationis auctor; Christus mediator; apostoli verò ministri; idem intellige et de apostolorum successoribus. Et hæc subordinationem hic nobis indicat Apostolus.

VERS. 19.—QUONIAM QUIDEM DEUS ERAT IN CARISTO... Clarius explicat duo, quæ in versiculo præcedenti dixit, scilicet, et quòd Deus nostræ reconciliationis sit auctor, quam Christus nobis promeruit; et quòd Deus sit fons et origo potestatis, quam Christus suis dedit apostolis.

QUONIAM QUIDEM; GRÆC., ut quia Deus; SYR., quodquidem Deus est, qui per Christum reconciliavit mundum cum majestate suà. D. Chrysostomus et cæteri Patres Græci post eum, vertunt sicut et Syrus: *Deus erat reconcilians*, seu reconciliabat per Christum, et hæc sensum Estius putat magis congruum. Multi tamen Latini, tum antiqui, tum recentiores intellexerunt: *Deus erat in Christo*, scilicet, per unitatem essentiae; seu, ut ait Ambrosius, pater per id intelligitur esse in Filio, quòd una eorum sit substantia: ibi enim est unitas, alii nulla est differentia. Hoc tæe textu probant unitatem Filii cum Patre. Deus ergo nostræ salutis auctor ERAT IN CHRISTO Filio suo, per unitatem essentiae; erat et in illo, velut in propitiatorio; ibique intuitu meritum Christi, Filii sui, mediatoris nostri, ad singulos ejus actus et ad singulas passiones, ERAT RECONCILIANS SIBI MUNDUM.

NOS REPUTANS... id est, non imputans hominibus delicta ipsorum, sed gratis remittens et condonans propter hæc Christi merita; quibus ad singula momenta, gratiæ justificantis infusionem nobis promeruit.

ET POSUIT IN NOBIS..., et idem Deus misericors, et hominibus reconciliari volens, ob dilectum Filium suum, nobis apostolis suis commisit Evangelium remissionis peccatorum et reconciliationis ubique prædicandum.

O profunditatem clementiæ divini! cùm enim Pater Filium suum legatum misisset, emque occultum conspicuas esset ab iis qui reconciliatione indigerent, neque sic tamen neglecti homines, verum ministerium reconciliationis, inquit, nobis apostolis suis dedit, ut

VERS. 19.—QUONIAM QUIDEM DEUS ERAT IN CHRISTO, id est, per Christum, mundum reconcilians sibi. Mundus hoc loco genus humanum significat.

Nota reputans illis delicta ipsorum. Deus erat in Christo non imputans, hoc est, per Christum remittens, illis, id est, mundo sive hominibus, delicta ipsorum; adeoque eos sibi gratificans in dilecto Filio suo.

(Vingt-cinq.)



circumuentes legatione fungamur ad eos qui à Deo defecerunt, eosque ad eum perducamus. Theophylactus, v. 18.

Vers. 20. — Pro Christo ergo legatione fungimur. Ex diebus immediate in versiculo precedente, concludit hic ad apostolici ministerii gloriam. Nos igitur apostoli, vice et loco Christi absentis, in ejusque munus substituti, legati sumus Dei ad homines; et quod Deus Pater per Christum hominem antea fecit, nunc per nos, Christi vicarios, pergit facere; ita ex D. Chrysostomo Theophylactus. Tanto nimirum in pretio est apud Deum hominum genus, ut et Filium dederit, idque cum eum mactatum iri exploratum haberet, et vestra causâ nos apostolos creârit; itaque non abs re, omnia propter vos, dixit supra.

TANQUAM DEO EXHORTANTE...; Syr. : *Et perinde est ac si Deus rogaret vos per nos*. Ne existimetis vobis à nobis rogari; Christus ipse vos rogat; Pater ipse per nos vos orat acque obsecrat. D. Chrysostomus. Quem-admodum per Christum adhortabatur nos Pater, sic et nunc per nos adhortatur, ut ipsi reconciliemini. Theophylactus.

OBSECRAMUS PRO CHRISTO. Vos et omnes homines rogamus et obsecramus vice et loco Christi, cui in hac legatione successimus.

RECONCILIAMINI DEO; hoc est quod et Christus, et Pater ipse per nos vos obsecrat: *Reconciliamini Deo*. O miram pietatis et indulgentiæ, sive humilitatis magnitudinem! ait Theophylactus; ipse est per nos offensus, et, quasi deliquerit in nos, per legatos intercedit ut condonent Deo, id est, ut cum ipse redcamus in gratiam. Redite cum Deo in gratiam. *Credite, penitemini*, et, per Christi merita Deo reconciliamini. Christi passio meruit nobis reconciliationem; hæc verò per fidem, per penitentiam, per Sacra-

*Et possit in nobis verbum reconciliationis*; ut reconciliatio mundi, quam Deus in Christo paravit, effectui demandetur, nobis Apostolis injuncti munus evangelizandi mundo gratiam hanc reconciliationis; nos elegit ac fecit ministros annuntians tanti beneficii.

Vers. 20. — Pro Christo ergo legatione fungimur. Pro Christo, id est, vice et loco Christi, et, ut alibi loquitur, in persona Christi, cujus apostoli sumus.

Tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo; q. d.: Obsecramus vice Christi, quasi legati Christi, et quasi Christus per nos vos obsecrat, ut velitis Deo reconciliari. En qua industria, efficaciam, zelo utitur Apostolus ut Corinthios convertat.

Vers. 21. — *Eum, qui non noverat peccatum*, scilicet per experientiam, qui tamen noverat illud per simplicem notitiam, ait D. Thomas, id est, Christum, qui peccatum nunquam fecerat.

Pro nobis peccatum fecit, id est, hostiam pro peccato nostro fecit Deus Christum pro nobis, ne nos quasi victimæ piaculares, illud æternâ morte et igne lucremus. Ac si dicit Apostolus: Nostris causâ tractavit cum tanquam ipsum peccatum, ipsum scelus, id est, tanquam hominem insigniter sceleratum, ut in quo posuerit iniquitatem omnium nostrum, Isaie 53. Sic alibi Christus dicitur factus pro nobis maledictum,

menta nobis applicatur. Siquæ conciliantur quod v. 19: *Reconciliavit nos sibi*, et quod hic: *Reconciliamini Deo*.

Vers. 21. — *Eum quem...*; Græc., *eum enim*; Syr., idem. Rationem affert quæ nos moveat ad sperandum et quærendam cum fiduciâ nostram cum Deo reconciliationem. Tanta fuit in nos misericordia Dei, ut Filium suum, qui peccatum non noverat, qui ipsa justitia erat, D. Chrysostomus et Theophylactus. Qui nulli unquam peccato fuit obnoxius, imò sic alienus à peccato, ac si illud prorsus ignoraret. Quod alienum est à conscientia, videtur alienum et à scientiâ, ait ex D. Augustino Fromondus.

Pro nobis peccatum fecit, id est, ut peccatorem et sceleratissimum hominem pro nobis morti tradidit, D. Chrysostomus; seu nostri causâ multavit, quasi ipsum peccatum esset; seu quasi esset omnium peccatorum reus, et quasi peccatum universale. *Possuit in eo iniquitatem omnium nostrum*, Isaie 53, 6. *Agnus Dei qui tollis peccata mundi*. *Peccatum ergo fecit*, id est, hostiam pro peccatis nostris. Christus, ipsamet justitia, omnium hominum peccatis onustus, verè dicitur peccatum, et verius quam vel hircus emissarius, vel aliæ victimæ Judaicæ, quæ umbra tantum Christi erant.

UT NOS EFFICEREMUS JUSTITIA DEI, id est, justis ex gratiâ Dei; valde, perfectè justis, justis coram Deo; participes justitiæ Dei.

In irso, ut ejus membra, vel per ipsius merito; ut peccatores justificarentur apud Deum in Christo, Ambrosius. Nota cum divo Anselmo: Ipse ergo peccatum, ut nos justitia, non nostra, sed Dei; non in nobis, sed in illo; sicut ipse peccatum, non sumus, sed nostrum; nec in se, sed in nobis, similitudine carnis peccati, in quâ crucifixus est.

quia scriptum est: *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, Gal. 3, et Dent. 21.

Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, id est, per ipsum Christum, hoc est, per Christi meritum; q. d.: Ut nos efficeremur justis apud Deum, justitiâ à Deo infusâ per merita Christi. Dicitur *justitia*, non justitiam, ut excellentiâ gratiæ significet, quæ fit ut nullus in justo sit navus, nulla peccati macula, sed omnis et tota gratia ac justitia. Dei justitiam nobis attributam B. Augustinus passim exponit, eam quæ in nobis est, non à nobis, sed in Deo; id est, quæ non nobis internam et inhærentem, ex Dei gratiâ habemus, lib. de Spir. et Litt., c. 9 et 18; tract. 26 super Joan., serm. 15 de Verbis Apost., c. 1; Psal. 98; et lib. 3 contra Pelag., c. 7; quibus locis disertè explicat quem-admodum eadem vocetur justitia Dei et nostra: *Dei*, quia à Deo est; *nostra* verò, quia in nobis; *Dei*, quia Deus eam donat; *nostra*, quia nos eam recipimus. Nam ea demum coram Deo, id est, vera justitia nostra est, quam in nobis Deus ipse facit; cui nihil placere potest, nisi quod suum est. Itaque sentit Apostolus Christum pro nobis factum esse peccatum, ut nos per eum verè justis efficeremur, et nempe justitia, quæ Deo probata sit. *Justitia Dei*, quia Deus debet non nobis, sed Christo, et Christi meritis, ut justitiam nobis infundat, et peccata remittat. Ita August., Euchir. 41.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

1<sup>a</sup> Nota quinque in Dei judicio terribilia, v. 10, et hinc sequalem, nimirum coram Deo et hominibus agere sincerè. Vide v. 11, in commentario.

2<sup>a</sup> Immensam Christi erga nos omnes charitatem seriò et sapè perpende, de quâ vide v. 14 et 15, et hinc sequelam, scilicet ut non nobis ipsis, sed Christo vivamus. Vide commentarium.

3<sup>a</sup> Nota, et in praxim redige christianum agendi modum, de quo versibus 16 et 17, in commentario.

4<sup>a</sup> Notet Dei minister versus 18, 19, 20, 21, et dùm

CAPUT VI.

1. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

2. Ait enim: Tempore accepto exaudivite et in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

3. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum;

4. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multâ patientiâ, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

5. In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

6. In castitate, in scientiâ, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

7. In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris et à sinistris;

8. Per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam; ut seductores, et veraces: sicut qui ignoti et cogniti;

9. Quasi morientes, et ecce vivimus; ut castigati, et non mortificati;

10. Quasi tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, et omnia possidentes.

11. Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii; cor nostrum dilatatum est.

12. Non angustiamini in nobis; angustiamini autem in visceribus vestris.

13. Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filii dico, dilatamini et vos.

14. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?

15. Quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidelibus?

16. Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.

17. Propter quod exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, immundum ne tetigeritis.

18. Etego recipiam vos: et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens.

CHAPITRE VI.

1. Étant donc les coopérateurs de Dieu, nous vous exhortons à ne pas recevoir en vain la grâce de Dieu.

2. Car il dit lui-même: Je vous ai exaucé au temps favorable, et je vous ai aidé au jour du salut. Voici maintenant le temps favorable; voici maintenant le jour du salut.

3. Nous prenons garde aussi de ne donner à personne aucun sujet de scandale, afin que notre ministère ne soit point déshonoré.

4. Mais, agissant en toutes choses comme des ministres de Dieu, nous nous rendons recommandables par une grande patience dans les maux, dans les nécessités pressantes, et dans les extrêmes afflictions,

5. Dans les plaies, dans les prisons, dans les séditions, dans les travaux, dans les veilles, dans les jeûnes;

6. Par la pureté, par la science, par une douceur persévérante, par la bonté, par les fruits du Saint-Esprit, par une charité sincère,

7. Par la parole de vérité, par la force de Dieu, par les armes de la justice pour combattre à droite et à gauche;

8. Parmi l'honneur et l'ignominie; parmi la mauvaise et la bonne réputation; comme des séducteurs, quoique sincères et véritables; comme inconnus, quoique très-connus;

9. Comme toujours mourants, et vivant néanmoins: comme châtifiés, mais non jusqu'à être tués;

10. Comme tristes et toujours dans la joie; comme pauvres et enrichissant plusieurs; comme n'ayant rien, et possédant tout.

11. O Corinthiens! ma bouche s'ouvre, et mon cœur s'étend par l'affection que je vous porte.

12. Mes entrailles ne sont point resserrées pour vous; mais les vôtres le sont pour moi.

13. Rendez-moi donc amour pour amour; je vous parle comme à mes enfants; étendez aussi pour moi votre cœur.

14. Ne vous attachez point à un même joug avec les infidèles, car quelle union peut-il y avoir entre la justice et l'iniquité? quel commerce entre la lumière et les ténèbres?

15. Quel accord entre Jésus-Christ et Bélial? quelle société entre le fidèle et l'infidèle?

16. Quel rapport entre le temple de Dieu et les idoles? car vous êtes le temple du Dieu vivant, comme Dieu dit lui-même: J'habiterai en eux, et je m'y promènerai; je serai leur Dieu, et ils seront mon peuple.

17. C'est pourquoi sortez du milieu de ces personnes, dit le Seigneur: séparez-vous d'eux, et ne touchez point à ce qui est impur;

18. Et je vous recevrai: je serai votre père, et vous serez mes fils et mes filles, dit le Seigneur tout-puissant.



Tanquam Dei legatus, et humanæ cum Deo reconciliationis minister, hortatur Corinthios ut Dei gratiæ, suo ministerio eis collatæ, fideliter respondeant; utque pressius ipsos ad id urgeat, monet opportunum eis salutis tempus, à prophetâ predictum et optatum, adesse, v. 1 et 2.

A v. 3 ad 11 describit qualiter ipse et ejus socii hoc suo Dei legatorum munere fungantur, quâ vitæ integritate, quâ patientiâ, etc.; sicque suam pingit vitam verè apostolicam, ut se suosque collegas, contra obtractantium calumnias justificans, simul et pseudoapostolorum mollem vitam tacite carpens, omnibus Evangelii ministeri vitæ apostolicæ præbeat exemplar.

ÿ 11. Vitæ suæ peractâ imagine, hanc de se lo-

## PARAPHRASIS.

1. Dei itaque voluntatem exsequentes, simul et vestræ salutis consulentes, hortamur vos, ne gratiam Dei, in vos nostro ministerio collatam, redditis inutilen.

2. Ait enim Deus apud Isaiam 49, 8: In tempore acceptabili exaudivi te, et in die salutis succurri tibi. Ea adest vobis tempus illud amabile à Deo promissum; in adest dies ille acceptissimus salutis: ne sinatis frustra vobis elabi, sed vestram salutem sedulo operemini.

3. Sic autem hoc nostro fungimur officio, ut sollicitè curemus, ne cui simus in ullâ re offensivuli occasio; ne ullam ministerio nostro suscitemus calumniam.

4. Sed potius, ut in quâvis re exhibeamus nos tales, quales par est Dei ministros esse, multum patientes, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus.

5. In plagis ferendis, in carceribus, in seditionibus tolerandis, in laboribus susinendis, in vigiliis, in jejuniis.

6. Exhibemus et nos, ut decet Dei ministros, castitate, scientiâ, animi lenitate, benignitate, Spiritus sancti donis, charitate verâ, et non fucata.

7. Sincerâ evangelicæ veritatis prædicatione, illiusque per miracula confirmatione; armis justitiæ, quibus à dextris et à sinistris ita cingimur, ut semper et ubique Deo fideles, semperque justî simus,

8. Sive cum honor nobis redditur, sive cum contemnimur; sive cum bene, sive cum male de nobis loquuntur: habemur ut impositores, et tamen veraces: videmur viles et obscûri; et de facto sumus cogiti et elari.

VERS. 1. — ADJUVANTES AUTEM... GRÆC., *cooperantes*. Deo scilicet, cujus ministri, legatiquæ sumus, ut in fine cap. 5 dictum est.

EXHORTAMUR. SYR., *obsecramus vos, ne inanis fiat in vobis gratia Dei, quam receiptis*.

VERS. 1. — *Adjuvantes autem exhortamur, etc. Adjuvantes, Græcè, cooperantes Deo, ut propositam reconciliationem assequamini*.

quendi libertatem excusaturus, alloquitur Corinthios, aens os suum ad eos patere, quia cor suum in eos dilatatum est; seu ideo eis se liberè loqui, quia eos effuse diligit.

ÿ 12. Amicè oburgat, quòd ab illis ipse minus diligitur.

ÿ 13. Parè postulat amoris vicem.

ÿ 14. Resumens legati personam et munus, hortatur Corinthios, ut omnem cum infidelibus fugiant periculosam affinitatem, huiusque multiplicem reddat rationem, usque ad hujus capitis finem.

Quod denique concludit, allegans Dei promissionem: Quod si feceritis, ero vobis Pater, et vos mihi filii.

## PARAPHRASIS.

9. Credimur jamjam morituri, et ope Dei servati vivimus; sæpè corripimur, at, Deo servante, non occidimur.

10. Ob tot mala quæ patimur, tristes videmur; et tamen in Domino semper gaudemus interius; patres putamur, et tamen multos locupletamus; nihil habere videmur, et omnia in Christo possidemus.

11. Ore libero et patenti, vobis, ô Corinthii, loquor, quia cor nostrum erga vos dilatatum et expansum est.

12. Et quia cor nostrum in vos dilatatum est; hinc non exiguum, sed spatiosum in nobis locum possidetis. E contra cor vestrum erga nos angustum est; ideo adit illis tempus opportunum gratiæ, à prophetis optatum et predictum; et hortatur consequenter, ut eo utantur benè.

13. Ne eodem cum infidelibus jugo jungamini: quæ enim convenientia justitiæ cum iniquitate? Quid commune habet lux cum tenebris?

14. Quæ concordia Christo cum Belial? Quid commune habet fidelis et infidelis?

15. Quæ congruentia templo Dei cum idolis demoniolorum? Vos enim estis templum Dei viventis, sicut testatur ipse Deus in Scripturis, dicens: Inhabitabo in illis, et in illis inambulabo; et ero illorum Deus, et ipsi vicissim erunt populus mihi dicatus.

16. Quapropter exite de medio profanorum, et vos ab illorum commercio separate; et illorum immunditiis non inquinemini, dicit Dominus.

17. Quod si feceritis, ego vos recipiam, et ero vobis Pater, et vos mihi filii et filiæ eritis, dicit Dominus omnipotens.

## COMMENTARIA.

Gratia Dei, hic generale est beneficium reconciliationis mundi per Christum, de quo in fine cap. 5. Sed sub illo comprehenduntur gratiæ particulares quas Christus nobis promeruit, et quas Deus nobis dat ad hoc generale beneficium assequendum; seu ut

in vacuum gratiam recipit, qui cum eâ non laborat, ait Anselm., nec ei suum studium adjungit, quique per desidiam facit ut in se gratia sit otiosa, dum eam

illius fiamus participes. Hic igitur Apostolus suo legati munere fungens apud Corinthios, ait: Nos Dei legati, ut cum Deo ad vestræ reconciliationis opus perficiendum, nostrâ prædicationis ministerio cooperemur; hortamur vos et obsecramus, NE GRATIAM DEI, in vos, nostro ministerio collatam, redditis inutilem. Gratia Dei est remissio peccatorum, quam in vacuum recipit quisque in bonis operibus se postea non exercet, ait D. Anselmus, Gratia Dei est facultas benè operandi, concessa divinitus homini, de qua dicitur, sine me nihil potestis facere; quam in vacuum recipit, qui cum Dei gratiâ non laborat, nec adjungit studium suum, ut possit Dei præcepta, ipso adjutore, implere; idem divus Anselmus. Inutilis ergo redditur nostra cum Deo reconciliatio, si in reconciliationis statu non perseveramus, sed post justificationem nostram placatum Deum offendimus. Inutilis redditur nostra ad fidem vocatio, si à fide susceptâ recedimus; aut si juxta fidem non vivimus, nostraque fides per dilectionem non operatur. *Fides sine operibus mortua est*; inutilis ergo et vacua. Inutilis redditur et qualibet Dei gratia, si cum eâ non laboramus, si ad opus non redigimur. Heu quot christianis et gratia Christi, et Christus ipse, substantialis Dei gratia, redditur inutilis! Quot ergo quibus dici potest: *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei receiptis*.

VERS. 2. — AIT ENIM... Deus apud Isaiam propheta 49, 8. Ut Corinthios urgeat ad fideliter divinæ gratiæ respondendum, et ad suæ salutis opus, cum Dei adjutore, attentè et sedulo perficiendum; monet eos, quòd adit illis tempus opportunum gratiæ, à prophetis optatum et predictum; et hortatur consequenter, ut eo utantur benè.

Ait Pater æternus Filio suo, in cruce pro salute hominum patienti, et deprecanti: TEMPORE ACCEPTABILIS, placabili, EXAUDIVI TE; ET IN DIE SALUTIS, seu quâ salutem hominum operaberis, ADJUVI TE. Christus in cruce anxiatius est pro nobis, flevit, oravit, Deus illum exaudivit pro suâ reverentiâ, eique promisit pro nobis auxilia gratiæ. Hoc prævidit, et prædixit Isaias citatis verbis, ubi præteritum ponitur pro futuro, more prophætico, ob eventus certitudinem. Adest ergo predictio temporis et gratiæ ob Christi merita futuri, ab Isaiâ facta. Hanc autem predictio-

bonis explere operibus non satagit; q. d.: Ne putetis quòd sola fides sit reconciliatio, quia ad eam bona vita et opera sunt necessaria. Ita Theophyl. ex Chrysost.

Nota. Gratiam vocat generale beneficium reconciliationis mundi et redemptionis Christi; de illo enim egit in fine capitis precedentis; sub illo tamen intelligit gratiam particularem, quam cuique meruit Christus, et quam cuique dat Deus, ut hujus generalis Christi redemptionis quisque participes fiat.

VERS. 3. — AIT ENIM (Deus per Isaiam, c. 49): Tempus acceptum exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. Sunt autem apud prophetam verba Dei Patris ad Christum, quibus testatur se eum exaudisse orantem pro electorum salute, eorum qui ex gentibus erant colligendi, proque eadem causâ laboranti auxiliatum fuisse; idque in tempore accepto seu placito, hoc est, merito omnibus acceptabili, et in quo gentes ad salu-

nem D. Paulus dicit nunc impletam. *Ecce nunc tempus acceptabile*: adest nobis tempus illud amabile, et cum omni gaudio et exultatione acceptandum. *Ecce nunc dies salutis*. Syr., *dies vita*.

Jam illicescit vobis dies ille acceptissimus salutis, diesque vitæ. Ne sinatis ergo frustra vobis elabi, sed eo salutem sedulo operamini. Tempus ante Christum, non fuit dies, sed nox, ait D. Thomas: quia tunc umbra tantum et tenebræ. Tempus autem Christi dies est, ob luminis abundantiam. Ante Christum non erat salus, quia nullus ad finem salutis, seu ad visionem Dei perveniebat, ait D. Thomas. Tempus autem Christi dies est, et dies salutis; quia ex quo nata est salus in mundo, homo salutem assequitur. Tempus ergo gratiæ, quod incipit à passione Domini, dies est, ob lumen; et dies salutis, quia ad salutem pervenitur.

Perpente hic et penetra hanc Dei in te misericordiam, quòd in tempore Christi, in tempore gratiæ, et in die salutis et vitæ, et in medio christianismo, natus sis: *Non fecit taliter omni nationi*. Huic ergo inestimabili misericordiæ responde; animi tui continuâ in Deum gratitudinè; cordis tui erga divinam gratiam assiduâ fidelitatè; hujus preitiosi temporis usu saneto et legitimo. Ora, lege, vigila, labora, tempus sic imple, ut nulla dies in te reperitur vacua. Tempus est exauditionis, crâ: tempus est auxilii, labora, bonis operibus vaca, divino fretus auxilio. Dim dies est, operare. *Venit enim nunc, quando nemo potest operari*; Joan. 9, & 4. *Adhuc medicum... lumen in vobis est; ambulato dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant*; Joan. 12, 35.

VERS. 5. — NEMINI DANTES ULLAM OFFENSIONEM... Græc., *nullam in ullo dantes offensionem*. Refertur hic versus ad primum, exhortamur, nemini dantes. Itaque versus secundus per parenthesis legendus, et sensus est: *Exhortamur vos, Deo quidem cooperantes, sed et sollicitè curantes, ne cui hominem simus in ullâ re offensivuli occasio. Ut non vituperetur...* Syr., *ne sit natus in ministerio nostro*. Seu, ut nullam in ullâ re suscitemus ministerio nostro culam. Ministrorum vita in ipsum ministerium redundant. Nam, ut ait S. Gregorius, cujus vita despicitur, restat ut prædicatione ejus contemnatur. Hinc famosus et putem vocare constituit.

*Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. En, inquit Apostolus, tempus illud acceptabile et saluberrimum, de quo Deus Pater verba prophætæ memoratis locutus est ad Filium, nunc est, nunc adventi, jamque vobis annuntiatum est; et propterea vos exhortamur, ne committatis ut gratiam hanc in vacuum receiptis. Tempus illud vocatur hominibus acceptum, id est, dignum quod cum plausu et exultatione ab omnibus acceptetur ac suscipiatur, utpote mundo salutem adferens, quomodo Christus vocatur *Expectatio gentium*, Gen. 49, et *Desideratus cunctis*.

VERS. 5. — *Nemini dantes ullam offensionem*. Officium nostre legationis exerceamus, seduli caventes ne cuiquam in ullâ re simus offensivuli, ne quem verbo aut facto scandalisemus. *Ut non vituperetur ministerium nostrum*, ut ministerium evangelicæ prædicationis non reprehendatur, non infametur, non malè au-



licius peccator predicando peccat, ait D. Thomas. *Notanda ad intelligentiam.*

Ad clariorem horum et sequentium versuum intelligentiam, nota quod ab hoc tertio versiculo usque ad undecimum describit Apostolus qualiter ipse et ejus college suo legati munere fungantur, quâ vite integritate, quo exemplo, quantâ patientiâ, etc. Vivam ergo nobis dat imaginem vite verè apostolicæ, et hæc sue vite imagine tria simul præstat. 1° Se, suosque collegas tacite laudat et defendit contra calumnias pseudo-apostolorum. 2° Horum molliorem, et alia vitia apostolorum virtutibus opposita, tacite et indirecte notat. 3° Omnes quidem fideles, at præsertim omnes Evangelii præcones hortatur ad sui et ad suorum sociorum imitationem. Docet ergo omnes Evangelii ministros modum, quo sum debent officium peragere.

1° Vita præconis Evangelici sit in omnibus irreprensibilis, nullam in ullo det offensioem, *ne vituperetur ministerium.*

VERS. 4. — SED IN OMNIBUS, id est, sed potius in quâvis re.

EXHIBEAMUS, GRÆC., exhibentes, vel commendantes, NOSMETIPROS Sicut DEI MINISTROS..., id est, tales, quales decet esse Dei ministros.

2° Omnium virtutum sit exemplar.

IN MULTA PATIENTIA, non unius, aut alterius, sed in multâ plurimorum malorum patientiâ. Bonorum omnium fundamentum in patientiâ posuit, ait D. Chrysostomus. Apostolicæ præsertim vite fundamentum, patientia.

3° Sint multum patientes.

IN TRIBULATIONIBUS. Quod in genere dixit in multâ patientiâ, nunc exponit in specie; seu mala que tolerat in novem classes distribuit; in tribulationibus, seu pressuris vulgaribus; IN NECESSITATIBUS, gravibus, urgentibus; IN ANGSTIIS, difficillimis, seu gravissimis.

VERS. 4. — IN FLAGIS, verberibus per flagella, per lapides, de quibus cap. 11.

CARCERIBUS, vincula, custodia, loci tenebrosi et factentes.

IN SEDITIONIBUS, seu tumultibus populorum in nos, D. Chrysostomus in instabilitatibus; sic exagitati ut nullibi consistendi sit nobis potestas.

diat apud homines.

VERS. 4. — Sed in omnibus exhibeamus nosmetipros sicut Dei ministros, id est, ut facere convenit Dei ministros, quorum est non suam, sed Dei gloriam, cuius ministri sunt, et cuius in conspectu versantur, in omnibus spectare.

In multâ patientiâ, q. d.: Exhibeamus nos quasi Dei ministros patientes in multis tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, aliisque que sequuntur.

VERS. 5. — In flagis, id est, in verberibus quibus corpus læditur, ferendis. In carceribus, in seditionibus, id est, in sustinendis tumultibus populi passim adversum nos seditose concitatis. In laboribus, in vigiliis, in jejuniis, scilicet Evangelii causâ toleratis, aut etiam sponte susceptis, ut exponunt Chrysostomus, Theophylactus et alii.

VERS. 6. — In castitate, Græcè, in puritate, scilicet omnibus in rebus. In castitate; pura enim et plena es-

IN LABORIBUS. Intellige labores, quos huc et illuc Evangelii causâ cursando sustinuit; et eos labores, quos ad victum sibi comparandum, etiam voluntariè assumpsit.

VIGILIIS, in docendo et laborando.

JEIUNIIS, tum necessariis, ob rerum inopiam; tum voluntariis, mortificationis gratiâ; sic enim ea sustinebat, que publici erant onera ministerii, ut non omitteret private abstinence opera. Hæc sunt mala, que Paulus Evangelii causâ pertulit; et in quibus Evangelicus præco debet multâ patientiâ se dignum Dei ministrum exhibere.

VERS. 6. — IN CASTITATE... Subsequuntur bona, que Paulus in suo officio peragendo exercuit; seu virtutes, quibus suum ornavit apostolatium. Hicque docet apostolicum virum, quod sicut omnium malorum debet esse patiens, sic et omnium honorum debet esse ferax.

IN CASTITATE, mentis et corporis. Castitas est præcipuum sacerdotis et evangelici ministerii ornamentum, ait S. Bernardus, epist. 42; quod cum dilectum Deo et hominibus facit. E contra impuritas reddit illum contemptibilem. Virginitas et castitas est verè Ecclesiæ nota, ait Cornelius à Lapide; solis catholicis, Dei gratiâ, possibilis; hæreticis impossibilis, apud quos non est invenire virgines, nec ministros celibes.

IN SCIENTIA, scilicet fidei et sacræ Scripturæ.

IN LONGANIMITATE, seu animi lenitate adversus eos qui ipsum offendebant.

IN SUAVITATE, seu benignitate erga omnes.

IN SPIRITU SANCTO, non factis Spiritus sancti instructi.

IN CHARITATE NON FICTA, sed verâ et effectivâ, id est, non solum verbis et vultu, affectum exhibentes, sed et factis diligentes proximum. Hæ sunt virtutes hominem apostolicum commendantes, et quas Paulus suo nos docet exemplo.

VERS. 7. — IN VERBO VERITATIS... Hic nobis indicat modum, quo suas exercebat functiones evangelicas; et se Dei ministrum exhibebat.

IN VERBO... Sincere evangelicas veritates predicando.

IN VIRTUTE DEI; miraculis, potentiâ Dei factis, illas confirmando.

PER ARMA JUSTITIE ET SANCTITATIS, A DEXTRIS ET A

statis, ut scilicet omni libidinis usu absteineas, et castitatem angelicam colas, ut fecit Paulus et apostoli; signum est hominem esse divinum, Dei que ministrum.

In scientiâ, ad docendum imperitos et imperfectos. Anselmus per scientiam intelligi cognitionem sacræ Scripturæ. In longanimitate, id est, animi lenitate. In suavitate, ne per rancorem his qui nos vexant simus asperi, sed per suavitatem mentis, verborum et operum iis simus dulces, benigni, benefici.

In spiritu sancto, q. d.: Omnia tam pio, benigno, sincero, incenso spiritu agamus, ut pateat nos non vanitate, aut superbiâ agi, sed à Spiritu sancto. Ita Anselm., Theoph., Chrysost.

In charitate non fictâ, Græcè, non simulatâ. Non solis verbis charitatem ostendimus; sed ipsis factis eam præstamus, salutem hominum unice querentes.

VERS. 7. — In verbo veritatis, ut veritatem evangelicam verè et sincere prædicemus.

SINISTRIS. Græcè, dextris et sinistris. Syr., tam in dextera, quam in sinistra, id est, quibus tam à dextris quam à sinistris cingimur, et utraq; manu pugnamus et vincimus, in prosperis et in adversis: ita ut nec his frangamur, nec extollamur in illis. Quasi diceret: Semper fidem, semper et ubique Deo fideles et iusti, et in gloriâ et in contemptu, et in maledictis et in laudibus.

VERS. 8. — PER GLORIAM ET IGNIBILITATEM... PER INFAMIAM... seu cum nobis honor redditur: seu cum contemnimur: sive bonè, sive malè de nobis loquantur. Dextra iustorum sunt gloria, bona fama, quod veraces habeantur, quod cognoscantur, etc. Sinistra verò quod ignobiles et infames habeantur, quod seductores putantur, quod ignorantur, etc. Sed milites Christi, per arma justitiæ à dextris et à sinistris muniti, debent incedere, ut hinc et inde diabolum expugnant, et in prosperis timeant, et in adversis confidunt. S. Anselmus. In gloriâ non superbiat; in infamiâ non sit pusillanimes, ut justitiam derelinquant, ex D. Thomâ. Omnibus itaque ad Dei gloriam et proximi salutem utatur homo evangelicus.

UT SEDUCTORES, id est, habeamur impostores; et tamen verè sumus veraces, seu veridici.

SICUT QUI IGNOTI, id est, multis videmur ignoti, viles, obscuri et contemptibiles: et tamen de facto sumus ubique cogniti, et in pretio habitii apud fideles et probos.

VERS. 9. — QUASI MORTENTES, id est, credimus jam morturi, et Dei ope servati vivimus.

UT CASTIGATI, id est, sæpè à magistratibus correpti, flagellis cæsi, at, Deo moderante, non occiduntur.

VERS. 10. — QUASI TRISTES, id est, ob tot mala, que patimur, mœrore videmur affecti; et tamen in Domino semper gaudemus: quia noster interior homo renovatur, cap. 4, v. 16, propter spem retributionis æternæ. Hæc est apostolicæ patientiæ perfectio, gaudere in adversis: *Ibant gaudentes à conspectu...*

SICUT EGENTES... Pauperes putamur, et verè nihil habemus: omnibus enim renuntiavimus: et tamen alios locupletamus, non spiritualibus tantum divitiis, sed et temporalibus, per elemosynas, quas eis procuramus.

In virtute Dei, in potentiâ Dei; nihil horum que dixi mecum est; sed hæc omnia in virtute et potentiâ Dei facta sunt. Significat ergo quod verbum veritatis in quo laborat, sit efficax et fructuosum per virtutem Dei.

Per arma justitiæ à dextris et à sinistris, hoc est, tam in prosperis quam in adversis, ubique justitia, id est, justæ ac sanctæ vite, virtutumque actionibus tanquam armis utamur, ut ne prosperis elevemur, nec turbemur adversis, aut desperemus. Ita Anselmus.

VERS. 8. — Per gloriam et ignobilitatem, q. d.: Sive honoremur et laudemur, sive inhonoremur et vituperemur, ut cum Lycaoni voluerunt Paulum ut Deum adorare, et mox ut impostorem lapidare, Act. 10.

Per infamiam et bonam famam. Sive honore, sive ignominia nos afficiant homines; sive bonè de nobis loquantur, sive malè, semper tenemus rectum justitiam.

TANQUAM NIHIL HABENTES. Omnia quippe propter Christum, cum ipso etiam habendi desiderio dimiserant, ut ait S. Gregorius, hom. 5 in Evangelium. Omnibus ergo temporalibus bonis, quibus renuntiavimus, videmur exuti; et verè sumus exuti, quoad dominium.

ET OMNIA POSSIDENTES, et divinâ providentiâ nobis ubique necessaria suppeditante; quoad usum, quasi omnia possidemus, et quasi omnia forent nostra. Necessaria, Deo suppeditante, ubique reperimus; nec plura volumus; hinc perinde contenti sumus, et magis, quam si de facto omnia possideremus.

Hæc est evangelicæ paupertatis prerogativa, nihil habere, nihil velle, omnia contemere propter Christum. Et in Christo omnia possidere, 1° per interioris cordis magnitudinem, ait D. Thomas: quâ scilicet evangelicus pauper omnibus terrenis major et superior, omnium verè dominus est. 2° Per divinam providentiam, que centuplâ Christo promissum, pauperi evangelico suppeditans, ipsum quoad usum facit ditioiorem, quam si omnia sua possideret; imò et intus facit hilariorum et pacatiorum, quam si verè omnia omnino possideret. Hoc experiebatur pauperrimus Franciscus cum noctes integras innumeret, repetendo et iterum gustando: Deus et omnia: Deus meus et omnia. Deum ipsum, omne bonum, et omnium rerum Dominum, possidebat.

Observatio moralis.

Hæc omnia supradicta de se, suisque similibus locutus est Apostolus, ut omnes fideles ad ea toleranda, vel agenda exhortetur, ait D. Anselmus. At præsertim ut viris evangelicis apostolicæ vite normam præbeat et exemplar. Sicut multum patientes in tribulationibus, v. 4; sint omnium virtutum cultores, casti, benigni, v. 6; prædicent sincerè, Dei virtute freti, v. 7. Armis justitiæ hinc et hinc cingantur, quibus pugnent et vincant et in prosperis et in adversis; Deique regnum in omnibus et per omnia promoveant; v. 7, 8, etc. Talibus se Dei ministros exhibebunt.

VERS. 11. — OS NOSTRUM PATEAT AD VOS... Factâ enumeratione malorum, que in suo legati munere peragendo patitur, et bonorum, que in eadem functione exercet, Corinthios alloquitur, sese apud eos excusaturus de hæc sua loquendi et cor suum aperienti fiducia.

tie cursum, ab integritate et sinceritate ministerii nostri præstandi non descedimus.

Ut seductores et veraces, at falsò tales reputati, ut qui verè veraces simus, veritatem predicantes divinitus acceptam, id est, ipsum Dei verbum.

Sicut qui ignoti et cogniti, quasi qui infidelibus et improbis habeantur ignoti et obscuri, cum noti sumus Deo et conscientiis vestris. Ita Ambrosius.

VERS. 9. — Quasi morientes, et ecce vivimus, quasi qui videmur propter quotidianâ pericula, flagella et arummas semper mori, cum Deus ecce nos vivos conservet illosos et vegetos.

Ut castigati et non mortificati, ut qui castigamur, sed non occidimur.

VERS. 10. — Quasi tristes, semper autem gaudentes. Propter mala que patimur, sumus quasi dolentes et mœrore affecti; sed verè semper in Domino gaudentes.



OS NOSTRUM.... Apertè et libère vobis loquor, quia scilicet cor nostrum erga vos expansum est et dilatatum; quasi diceret: Quia vos ardentissime diligo, ideò et vobis apertissime loquor: seu ut cap. 7, v. 4, dicit: *Multa mihi fiducia.*

VERS. 12. — *NON ANGUSTIAMINI....* Hoc sequitur ex proximè dictis: quia cor nostrum dilatatum est; ideò non exiguum, sed spatiosum locum habetis in nobis. Loquitur de corde, quasi de domicilio. Spatiosè habitatis in cordibus nostris.

ANGUSTIAMINI AUTEM *VISCERIBUS VESTRIS*, id est, in corde vestro. Amanter objurgat eos, quòd non ita redamentum eum; quasi diceret: Cor vestrum angustum est erga nos, et non dilatatum: ideò non spatiosum, sed exiguum locum habemus in eo: seu tenuis est vester affectus in nos. Non est de corde vestro, sicut de nostro; nec de vestro in nos affectu, sicut de nostro in vos.

VERS. 15. — *EAMDEM AUTEM HABENTES....* Græcè, *at eandem compensationem* (ut natis dico) *dilatamini et vos....* Subauditur *caritas*, secundum eandem compensationem, amoris, scilicet. Syr., *ceteram, tanquam filiis dico, compensato mihi usuras meas, quæ sunt apud vos, et dilatate charitatem vestram erga me.* Id est, parem nobis amoris vicem reddentes, loquor ut filiis, dilatate et vos corda vestra; seu nos effusè diligite, sicut et vos effusè diligimus.

Sic amet prelati et studeat amari. Amet, non dominetur: ametur, non timeatur.

*Sicut egentes, multos autem locupletantes*, tum divinis et celestibus, tum terrenis bonis; colligebat enim Paulus cleemosynas pro pauperibus, maxime Hierosolymitanis.

*Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes*, quia postquam reliquerant omnia propter Evangelium, similes erant illis qui nihil habent; et tamen reverà possidebant omnia, quia omnium suorum ædes eis patebant, omniumque possessiones ad usum eis cedebant. Qui propter regni spem inopiam laborant, et propter inopiam regnant.

VERS. 11. — *Os nostrum patet ad vos, ò Corinthii*, scilicet ad loquendum libère vobiscum, et plene vos instituendos; q. d.: Non possum silere, et pro salute vestra vos non commonelacere; et quia ex abundantia cordis os loquitur, ideò subdit:

*Cor nostrum dilatatum est, amore erga vos; q. d.: Vehementissime vos amo.*

VERS. 12. — *Non angustiamini in nobis*, sed plene et spatiosè in corde meo habitatis, latissima vos cordis charitate complector. Loquitur de corde et animo, quasi domicilio. *Sed angustiamini in visceribus vestris.* Precordia vestra angusta sunt, ut parum in eis loci habeam; q. d.: In amore et benevolentia mihi non respondetis: parum amoris mihi redditis.

VERS. 15. — *Eandem autem habentes remunerationem, etc.*, id est, secundum eandem remunerationem charitatis dilatamini et vos; q. d.: Eandem charitatis mensuram et latitudinem mihi reddite et reponite; pari mensurà cor et charitatem vestram in me extendite et dilatate.

VERS. 14. — *Nolite jugum ducere*, participationem et commercium habere cum infidelibus, ne sitis jugo copulati cum infidelibus. Jugum ducunt cum infidelibus, qui talem cum illis inveniunt societatem, quæ fiat ut in partem illorum declinent, mores, eorum et vitia sequentes, juxta illud Psalmi 103: *Commissi sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* Hujusmodi verò

VERS. 14. — *NOLITE JUGUM....* facta hæc charitatis digressionem, quæ primò Corinthiis dixit quòd de se loquatur, non ex philantia, seu amore sui, sed ex amicitia, seu illorum amore; secundò, summam erga eos indicavit charitatem suam, ut eos tanquam sui parum studiosos, amanter objurgaret; ubi eorum corda recedendit, transit ad aliam rem, sed eis, non sibi necessariam. Resumens erga personam et munus legati divini, monet eos omnem cum infidelibus affinitatem fugere.

Ne jungamini eodem jugo cum infidelibus. Hæc prohibetur omnis arcta cum infidelibus societas, ex qua oritur periculum communicandi cum eorum infidelitate, vitis et moribus: at presertim prohibetur cum eis matrimonium, quæ est intima et arcessissima societas. In primis tamen sex Ecclesie seculis tolerata sunt Christianorum cum infidelibus matrimonia, et in concilio Toletano 4, anno 654. Imparitas cultus facta est impedimentum dirimens. Hujus prohibitionis duas affert rationes. Primam desumit ex inæqualitate et incompatibilitate partium; quarum una, justitia, lux, Christus, fidelis, templum Dei: altera iniquitas, tenebræ, Belial, infidelis, idolum: res inter se incompatibiles.

VERS. 16. — *QUI AUTEM CONSENSUS.* Probat quòd christiani sint templum Dei: idque probat ex Levit. 26, 12. Ad litteram hic locus est de tabernaculo, seu templo portatili; sed allegoricè intelligitur de animà justà, quæ est quoddam Dei mobile templum.

societas maxime est conjugium.

*Quæ enim participatio justitie cum iniquitate?* id est, justis cum iniquis, puta fidelibus cum infidelibus.

*Aut quæ societas luci ad tenebras?* q. d.: Lux et tenebræ in eundem locum aut subjectum convenire simul nequeant. *Lucem ergo vocat fideles; tenebras verò infideles.*

VERS. 15. — *Quæ autem conventio Christi ad Belial?* id est, consonantia, consensus, concordia. Quod conjugium Christi, qui est omnis disciplina, obedientia, justitia pater, cum Belial, id est, diabolo, ejusque assellis infidelibus?

*Aut quæ pars fidei cum infidelis?* Pars, id est, participatio seu communio. Quid commune habet fidelis, quòd participet cum infidelis?

VERS. 16. — *Quis autem consensus templo Dei cum idolis?* Quæ consensus seu confederatio vobis, qui estis templum Dei, cum infidelibus, qui sunt templa idolorum, id est, diaboli, qui in idolis colendum se ingerit? Vult enim dicere non convenire ut fidelis jungatur infideli, sicut non convenit justitiam iniquitati, lucem tenebris, Christum Belial, templum Dei idolis jungi et sociari.

*Vos enim estis templum Dei vivi*, per fidem, gratiam, sanctitatem. Dicit ipsos fideles Dei veri ac vivi templum esse. Nec ait templa, sed templum, ut significet ita singulos esse Dei templa, ut tamen omnes unum Dei templum constituent; sicut constituunt unum corpus et unam Ecclesiam.

*Sicut dicit Deus.* Ipsius, inquit, Dei testimonio probamus vos esse Dei templum.

*Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Locus est Levit. 26, Ezech. 37. *Inhabitabo in eis*, per gratiam, quæ faciunt ut me colant; *et ambulabo in eis*, varias virtutum actiones quibus me colant, in eis exercitando atque operando. *Ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus*; ego me Deum illis præstabo; et

VERS. 17. — *PROPTER QUOD EXITE....* Secundam rationem desumit ex præcepto apud Isai. 52, 11, de fugiendis Babylonis et eorum immunditiis; quòd hic

ut populum meum eos diligam, protegam, beneficiisque fovebo.

VERS. 17. — *Propter quod exite de medio eorum, etc.*; Isaiæ 52: *Recedite, recedite, exite inde; pollutum nolite tangere; exite de medio ejus*, scilicet Babylonis. Fidelibus jubet ut infidelium nimia commercia vitent, et immundam, id est, immundos infideles non tangant, hoc est, cum eis non conversentur, malis non consentientes.

VERS. 18. — *Et ego recipiam vos*, scilicet de medio infidelium exuntes; q. d.: Non eritis desolati, si malum infidelium societatem reliqueritis; nam ego vos, ut dilectos et amicos meos beneficiis fovebo; relicta

adaptat. Si hoc Deus Judeis præcepit; quàn tò magis et christianis, qui sunt Judeis multo sanctiores.

VERS. 18. — *ET EGO RECIPIAM VOS*; Jeremiæ 31, 4 et 9; in paternam amicitiam.

seculi consolatione, transibitis in amicitiam meam, et bonorum meorum participationem.

*Et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filius.* Promissio est adoptionis filiorum novi Testamenti, quæ Deus sic aliquos in suam recipit amicitiam et gratiam, ut per eam efficiantur divine consortes nature, et per hoc celestium honorum hæredes ac participes. Id enim est esse Dei filium per adoptionem.

*Dicit Dominus omnipotens.* Addit Domino epitheton omnipotentie, ne de promissione ejus adimplenda quis dubitet.

#### Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad præxim redigenda.

1° Omnis et quilibet christianus attendat ad infinitam Deum in illum misericordiam, quæ res ab aeterno sic ordinavit, ut in tempore Christi, et in medio christianismi nasceretur.

Tempus Christi, christianismus, tempus est gratiæ, dies est salutis et æternæ vitæ. In hoc ergo tempore nasci, quanta gratia! Vide v. 2. Quomodo huic gratiæ debeamus respondere; vide ibidem. Caveamus ne in vacuum tantam gratiam receperimus, v. 1. Quis in vacuum eam recipiat, v. 1.

#### CAPUT VII.

1. Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundum nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

2. Capite nos. Neminem læsum, neminem corruptum, neminem circumvenimus.

3. Non ad condemnationem vestram dico: prædiximus enim, quod in cordibus nostris estis, ad commoriendum et ad convivendum.

4. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis; repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ.

5. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnae, intus timores.

6. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titii.

7. Non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, quod consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me, ita ut magis gauderem.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me penitet; etsi peniteret, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit;

9. Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patimini ex nobis.

10. Quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur; seculi autem tristitia mortem operatur.

2° Omnis Dei minister à D. Paulo discat qualis esse debeat. Quæ vitia fugere, v. 5. Quas virtutes sectari, v. 4, 5, 6. Qualiter suum peragere ministerium, v. 7, 8, 9. Apostolicum autem vivendi modum ita legat in versibus 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, ut suum cum illo comparans, pudore afficiat, suumque corrigat.

3° Omnis prelati et pastor discat à divo Paulo paterna in suos subditos habere viscera; illos diligant ut filios, et ab eis amari velint ut patres, v. 11, 12, 15.

#### CHAPITRE VII.

1. Ayant donc reçu de telles promesses, mes très-chers frères, purifiez vous de tout ce qui souille le corps et l'esprit, achevant l'œuvre de notre sanctification dans la crainte de Dieu.

2. Donnez-nous une place dans votre cœur. Nous n'avons fait tort à personne; nous n'avons corrompu personne; nous n'avons pris le bien de personne.

3. Je ne vous dis pas ceci pour vous condamner, puisque je vous ai déjà dit que vous êtes dans mon cœur à la mort et à la vie.

4. Mais je vous parle avec une grande liberté. J'ai grand sujet de me glorifier de vous; je suis rempli de consolation, je suis comblé de joie parmi toutes mes souffrances.

5. Car étant venus en Macédoine, nous n'avons eu aucun relâche selon la chair, mais nous avons toujours eu à souffrir, combats au dehors, frayeurs au dedans.

6. Mais Dieu, qui console les humbles et affligés, nous a consolés par l'arrivée de Tite;

7. Et non seulement par son arrivée, mais encore par la consolation qu'il à lui-même reçue de vous, m'ayant rapporté l'extrême désir que vous avez de me revoir, la douleur que vous avez ressentie, l'ardente affection que vous me portez, ce qui m'a été une augmentation de joie.

8. Car encore que je vous aie attristés par ma lettre, néanmoins je n'en suis point fâché, quoique je l'aie été auparavant, en voyant qu'elle vous avait attristés pour un peu de temps;

9. Maintenant j'ai de la joie, non de ce que vous avez eu de la tristesse, mais de ce que votre tristesse vous a portés à la pénitence. La tristesse que vous avez eue à été selon Dieu; et ainsi la peine que nous vous avons causée ne vous a été nullement désavantageuse.

10. Car la tristesse qui est selon Dieu, produit pour le salut une pénitence stable; mais la tristesse de ce monde produit la mort.